Articulus & Pronomen ſequuntur concordantiarum regulas: utrumque tamen peculiarem habet uſum, diſpoſitionem & elegantiam.

Articulus.

Articuli præpoſitivi uſus eſt

1°. Propter emphaſin, ſive excellentiam rei; ut τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. i.e. *Spiritum Deum.* Luc. 3.22. πνεῦμα ἅγιον. i.e. *Spiritum donum,* Joh. 20. 22. τὸ ἀγαθὸν *ſummum bonum,* ἀγαθὸν *quodvis bonum.* Ariſtot.

2°. Propter demonſtrationem rei certæ; ut οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν. 1. Joh. 5.8.

3°. Propter expoſitionem ſive diſtinctionem, tunc crebrius poſtponitur voci explicandæ; ut Ἰωάννης ὁ βαπτιστής. Matth. 3. 1.

4°. Propter elegantiorem texturam vel modulationem ſuaviorem; ut ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις. 1 Joh. 5. 4. πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. Iſocrat.

Addi poſſunt aliæ rationes, quas utpote magis incertas placuit rejicere. Quinimo de præfigendo vel omittendo articulo certa vix dari poteſt regula: Sæpe enim utuntur vel reſpuunt Autores pro arbitrio vel euphonia: Non tamen abs re erit ſequentes de illis obſervationes apponere.

Articulus cujuſcunq; generis cum adverbio pro nomine ſumitur in omni caſu; ut τῷ πλησίον *vicino*. Deut. 5. 21. τὸν πλησίον *vicinum*. Matth. 22. 36. Sic τὸ πέραν τῆς θαλάσσης. Marc. 5. 1. διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Marc. 10. 1. In neutro genere ſic poſitus quandoq; adverbiaſcit, ut τὸ πάλαι *olim* Thucyd. τὰ νῦν *nunc* Act. 27. 22.

Similiter articulus neuter cum Infinitivo fit nomen; ut ἐκ τοῦ ὁρᾷν γίνεται τὸ ἐρᾷν, *ex aſpectu naſcitur amor.*

Præponitur etiam neuter qualicunq; dictioni vel clauſulæ *materialiter* (quod aiunt) ſive τεχνικῶς acceptæ; ut τόδ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω. Demoſth.

Articulus neuter cum genitivo ſequente ſignificat *poſſeſſionem*, *proprietatem* vel *relationem*, ſubaudito χρῆμα, ἔργον, ἔπος, vel hujuſmodi nomine; ut ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι. Matth. 22. 21. i.e. χρήματα. τὰ τῆς σαρκὸς, i.e. ἔργα. Rom. 8. 5. τὸ τοῦ Θεόγνιδος λέγω. Lucian. i.e. ἔπος. Quandoq; ponitur pro ſolo Subſtantivo; ut τὸ τῆς ἀληθείας, pro ἀλήθεια. Plutarch.

Articulus pluralis (obſervato genere nominis proprii) cum præpoſitione ἀμφὶ, περὶ, κατὰ &c. & Accuſativo, accipitur pro ipſo nomine; ut οἱ ἀμφὶ Κορινθίους *Corinthii*. Herodot. ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, *venerunt ad Martham & Mariam*. Joh. 11. 19. τὰ κατ' εὐχὰς, *preces*. Heliod. l. 4. Interdum (neglecto genere) ſignificat *comitatum*, *officium*, *facultatem*, *ſectam*, *relationem*, cum iiſdem vel aliis præpoſitione & caſu; ut οἱ περὶ τὸν Παῦλον. i.e. *ſocii Pauli*. Actor. 13. οἱ περὶ τὴν γῆν, *agricolæ*. Xenoph. οἱ περὶ τὴν ποίησιν, καὶ τοὺς λόγους, *Poetæ & Oratores*. Iſocr. οἱ ἀπὸ στοᾶς, *Stoici*. Athen. οἱ πρὸς αἵματος, *conſanguinei*. Sophocl. οἱ μετ' Ἀχιλλέως, *Socii Achillis*. Lucian. οἱ κατ' ἀγορὰν, *cauſidici*. Demoſth. οἱ ἀπὸ βήματος *concionatores*. Plutarch. οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων vel ἐν τοῖς μαθήμασι *Mathematici*. Laert. οἱ ἀπὸ vel μετὰ Πλάτωνος, *Platonici*. Syneſ.

Ponitur articulus præpoſitivus quandoq; pro ſubjunctivo; ut τὸ ῥᾷστον ἁπάντων pro ὃ ῥᾷστον, Demoſth. οὐδὲ ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις.

Marc. 14.68. Apud Poetas ὅττις pro ὅστις, ſervato ο per omnia genera, caſus, & numeros, ὅττινα, ὅττινας, ὅττινα, &c. ut ὅττις κ᾽ ἐπίορκον ὀμόσσῃ, Il. τ. ὅττινα κραδίη θυμὸς τε κελεύει, Od. θ. ὅττινας μινυθῇ, Il. ο. ὅττιν᾽ ἔργα τέτυκται, Iliad. χ.

Articulus præpoſitivus vel ſubjunctivus pro αὐτὸς ſumitur ſequente ſæpiùs δὲ, γε, &c. ut ὁ δ᾽ ἔφη. Matth. 13.28. ἦ δ᾽ ὅς *dixit ille.* Plat. Item pro οὗτος & ἐκεῖνος, præcipuè in diviſionibus cum μὲν-δὲ, γὰρ-δὲ, &c. ut τὰ μὲν ἀΐδια, τὰ δὲ φθαρτά. Ariſtot. δεῖ γὰρ τὸ ποιῆσαι, τὸ δὲ μή. Demoſth. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. 1 Cor. 11.21. ἃς μὲν κατείληφε πόλεις, τινὰς δὲ πορθεῖ. Demoſth. Interdum pro τίς *interrogativo*; ut τοῦ vel οὗ χαίρειν λέγω; Demoſth. pro τὶς *indefinito*; ut ἀγνοῶ τὸ χρὴ πιστεῦσαι. Lucian. σύ μ᾽, ὃς εἰμ᾽, εἰρηκώς. Soph.

Τὸ ὂν vel τὸ τι ſignificat *partem*; ut τῆς χώρας τὸ μὲν ὂν πρὸς ἄρκτον, τὸ δὲ ὂν πρὸς μεσημβρίαν. Ariſtid. ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες. Plat.

Articulus non raro ſubinnuit participium ὢν, potiſſimùm ante præpoſitionem vel adverbium; ut ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Matth. 6.9. τοὺς πρὸ ὑμῶν. Matth. 5.12. τὰ ἄνω φρονεῖτε. Coloſſ. 3.2.

Omittitur ſæpiſſimè articulus ante Interrogativa; ut τίς, ποῖος, &c. Indefinita; ut τις, ὁποῖος, &c. Univerſalia ſigna; ut πᾶς, μηδεὶς, &c. Numeralia cardinalia; ut εἷς, δύο, &c. Legitur tamen ποῖος cum Articulo; ut τῆς ποίας μερίδος. Demoſth. item Cardinalia; cùm referuntur ad id quod præceſſit; ut λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους. Luc. 9.16. ὁ εἷς. Luc. 18.10. Ante Nomina Propria, præcipuè in epiſtolarum inſcriptionibus; ut Ἰσοκράτης Ἀλεξάνδρῳ, χαίρειν. Iſocr. in quibus tamen appellativa deſiderant articulum; *ut* Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ-χαίρειν. Demoſth. Ante Nomina tum Propria tum Appellativa in librorum titulis; *ut* περὶ Ἑλένης, περὶ νόμου. Laert. Antiſth. Pronomina Subſtantiva ἐγὼ, &c. compoſita ἐμαυτοῦ, &c. *ut* ἐγώ εἰμι. Joh. 15.1. ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ. 2 Cor. 2.1.

Pronomen ὁ δεῖνα ſemper articulum poſtulat; *ut* ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε. Demoſth.

Genitivus poſt Partitivum exigit articulum; ut εἷς τῶν στρατιωτῶν. Joh. 19.34. crebrò etiam poſt ſubſtantivum regens; ut ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Joh. 17.12. εἰθισμένον τοῦ νόμου. Luc. 2.27. Sic Vocativus pro Nominativo poſitus; *ut* ἡ παῖς, ἐγείρου. Luc. 8.54. σὺ ὁ βορέας πνεῦσον. Lucian.

Duo vel plures Articuli diverſorum nominum genere, numero, vel caſu diſcrepantium, elegantiùs ſe immediate conſequuntur, quorum prior ad remotius ſemper nomen refertur; ut τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, Rom. 10. 3. πῶς τὴν τοῦ ῥήματος σεμνότητα ληψόμεθα; Demoſth. Communiter tamen in ſacrâ Scripurâ articulus adhæret ſuo nomini; ut τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ ibid. Rom. 10. 3. Inepta verò repetitio eſt ſi omnimodo conſentiant; ut αἴτιος τῆς πόλεως ἐρημώσεως. Zonaras.

Parum imitanda etiam diſpoſitio eſt, ſi nominum ordo perturbetur; ut οἱ τῶν ἀγγελικῶν χοροὶ δυνάμεων. Theophylact. ἡ τοῦ οἰκείου κηδεμονία σώματος. Damaſcen.

Eleganter Adverbia, Conjunctiones, vel Præpoſitio cum ſuo caſu interveniunt; ut ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος, Act. 23. 22. ἀκούσατε τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας, Act. 22. 1. Participium aut Verbum regens; ut τὴν ἑτέρου ζητῶν ἐπιθυμίαν. Demoſth. τοῦ μόνον ὀρεγόντος πιθανοῦ. Ariſtot. Aliquando poſtponitur articulus; ut ἀσφαλέστερος βίος εἶναι δοκεῖ ὁ τῶν ἰδιωτευόντων ἢ τῶν τυραννευόντων. Iſocr.

Collocatur articulus ante & poſt nomen frequentiſſimè; ut τὰς ἀρχὰς τὰς τῶν σωμάτων. Ariſtot.

Repetitur ante nomen in demonſtrando, intercedente δὲ vel δή; ut ὅδε ὁ ἄνθρωπος, τοῦδε τοῦ λόγου, καὶ τῆσδε τῆς ὕλης. Ariſtot.

Cum duo ſubſtantiva, alterum vel utrumque appellativum, apponuntur; vel cùm adjectivum immediatè poſtponitur ſubſtantivo; utrique vel poſteriori ſæpiſſime articulus additur; ut Ματθαῖος ὁ τελώνης, Matth. 10. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες, Luc. 2. 15. τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, Luc. 8. 29. Si adjectivum præceſſerit, articulus ipſi ſoli præfigitur; ut τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, Luc. 4. 37. quandoque omittitur penitùs; ut πνεῦμα ἀκάθαρτον, Marc. 3. 30.

Cum plura ſint ſubſtantiva, illud ſenſu præcedit verbum cui articulus præfigitur; ut θεὸς ἦν ὁ λόγος, *ſermo erat Deus*, Joh. 1. πνεῦμα ὁ θεὸς, *Deus eſt ſpiritus*, Joh. 4. 44. Sic. τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά, Joh. 17. 10. At pronomen articulo viduum poteſt loco & ſenſu præire; ut ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, Joh. 14. 6.

Adjectivum poſtpoſitum ſi non habeat articulum, dividitur plerumque à Subſtantivo, & ſequitur verbum ſenſu; ut ἔστιν ἄνθρωπος δίκαιος. Ariſtot. *homo eſt juſtus*. Sin habeat, à Subſtantivo non dividitur; ut Πλάτων ὁ ἀγαθός ἐστι, *ille bonus Plato eſt*.

Poſt αὐτός, ἐκεῖνος, ὅλος, οὗτος, πᾶς, articulus additur ſubſtantivo ſequenti; ut ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, Luc. 13. 31. ἐκεῖνον τὸν λίθον, Luc. 20. 18. ὅλην τὴν γῆν, Act. 17. 11. οὗτοι οἱ λόγοι, Luc. 24. 44. πᾶν τὸ σῶμα, Eph. 4. 16. rarò præponitur hiſce adjectivis; ut τὸν αὐτὸν τρόπον, Dem. &c.

Adjectiva ſine ſubſtantivo poſita, ſæpiſſimè veſtiuntur articulo; ut εἰς τὰ ἴδια, Joan. 1. 11. τὴν ταχίστην, Demoſth. &c.

Metri causâ apud Poetas articulus negligitur vel redundat.

Prono-

Pronomen.

Genitivus Pronominis poſſeſſivi uſurpatur quando ſignificatur *perſona*; ut εἰκών σου, *imago tui*. Herodian. Sic πρὸς βίαν μου, *ad coactionem mei*. Sophocl. i. e. *me invito*.

Quoties *poſſeſſio*, *relatio*, *circumſtantia* vel *actio* perſonæ connotatur, poſſeſſivo uti licet; ut ἐπὶ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου. Prov. 3. 5.

Ponitur Genitivus Primitivi loco Poſſeſſivi; ut ὁ πατήρ μου. Joh. 15. 1. (rariſſimè ἐμοῦ, Rom. 1. 12.) adhibetur quandoque Dativus, ut χαίρει μοι ἦτορ. Ιλ. ψ. Frequenter poſſeſſiva ἡμέτερος & ὑμέτερος uſitata ſunt Oratoribus; ut κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, Act. 24. τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, 2 Cor. 8. 8. & in eodem contextu, περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων, &c. Joh. 1. 2. 2. Inuſitatius ἐμὸς, σὸς, σφέτερος; ut ἑταίροις ἐμοῖς καὶ σοῖς. Athen. εἰς τὰ σφέτερα ἤδη διεξερπύσει. Ariſtot. ἐμὸς & σὸς paſſim in SS. ut ἐμοῖς δὲ λόγοις παράβαλλε σὸν οὖς, Prov. 5. 1. σφέτερος vix in N. T. occurrit.

Poſſeſſivum pro Primitivo rarius accipitur; ut τῷ ἐμῷ πόθῳ κατέφθιτο, pro ἐμοῦ Sophocl.

Pronomina reciproca ſunt, ἑαυτοῦ vel αὑτοῦ, οὗ, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ vel σαυτοῦ, referuntur enim ad perſonam præcedentis verbi, aut ſi quando præceſſerint, reſpiciunt caſum verbo poſtpoſitum; ut Εὔφραιος ἀπέσφαξεν ἑαυτόν. Demoſth. ἕκαστος αὑτῷ φίλος. Ariſtot. δεῖταί οἱ τὴν νύκτα. Lucian. οὐ δύναμαι γνῶναι ἐμαυτόν. Plat. Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν, Luc. 4. 23. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. Hom.

Ἑὸς, σφέτερος, magis familiaria ſunt Poetis; ut ἡγεμόνευεν ἑὸν πρὸς δώματα. Hom. εἴ τινες ἴδοιεν σφετέρους ἐπικρατοῦντας ἀνεθάρρησαν. Thucyd. Ἑὸν proprie ſignificat *quod unus poſſidet*, σφέτερον *quod plures*.

Ἡμέτερος & ἡμέτερος addito genitivo αὐτῶν, uſurpantur reciproce; ut τὰ ἡμέτερα αὐτῶν πράττωμεν. Demoſt. διδάσκετε τοὺς παῖδας ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύειν. Iſocr. ſic σφέτερος αὐτῶν, ἴδιος αὐτῶν: ut αἱ μὲν ἀρεταὶ οὐ σφετέρας αὐτῶν φύσεις εὐεργετοῦσι. Iſocr. οἱ πλεῖστοι τὴν πολιτείαν ἰδίαν αὐτῶν ἡγοῦνται εἶναι. Demoſt. Legitur ἴδιος σφέτερος αὐτῶν: ut πάλαι ᾐσχύνοντο μᾶλλον ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἁμαρτήμασιν, ἢ νῦν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐτῶν. Iſocrat.

Reſolvuntur interdum compoſita ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, & pro illis eorum ſimplicia adhibentur per omnes caſus; ut οἱ δ᾽ αὐτῷ κα-

καὶ τεύχει ἀνήρ.Hesiod.πολλοὶ μὲν σφίσιν αὐτοῖς πολεμοῦσι.Iſocr.Trium horum Nominativi, & priorum ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ caſus omnes duales & plurales à ſimplicibus neceſſariò ſupplentur; ut ἡμεῖς αὐτοὶ στενάζομεν. Rom.8.23. ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, 1 Corin.11.13.

Simplicia primativa 1æ. & 2æ. perſonæ pro reciprocis quandoque afferuntur loco compoſitorum; ut ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι.Hom. ἐμὲ γὰρ ἐν ὑμῖν τίθημι.Plat. pro ἐμαυτόν.

Interdum αὐτὸς ponitur reciprocè; ut ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, pro ἑαυτοῦ, Pſal.103. ἐπ' αὐτὴν pro ἐφ' ἑαυτήν.Ariſtot. præcipuè cùm nomen aliud 3æ.perſonæ inciderit inter αὐτὸς & perſonam verbi; ut ὁρῶν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν (potius quàm ἐφ' ἑαυτὸν) Nazianz. vel cum αὐτὸς ſenſu præceſſerit verbum; ut πατέρα τιμᾷ ὁ αὐτοῦ υἱὸς (non ἑαυτοῦ υἱός.) E contra profertur ἑαυτοῦ, οὗ, vel ἑὸς pro relativo αὐτὸς, ut ἐπειδὴ οὗ ἐκβῆναι τὴν ψυχήν. Plat. præſertim apud Poetas; ut, οἷ ἔκπεσε δάκρυ.Il. β'. τὸ δ' ἑὸν παρὰ νηυσὶ λέλειπτο φάσγανον Il. ι.

Pronomina quædam ſunt trium perſonarum, αὐτός; ut αὐτὸς ἔφην, ης, η. Ἑαυτοῦ in plurali; ut, μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς. 2 Cor.1.9. τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε Phil.2.12. ſed in ſingulari uſurpatur pro genitivo ſolo, σεαυτοῦ, ῆς; ut οὕτω παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους Xenoph.

Σφέτερος junctum verbis 1æ & 2æ perſonæ ſignificat *noſter*, *veſter* apud Poetas; ut ἐννέπετε σφέτερον πατέρ'. Heſiod. Σφωΐτερος apud Apollonium ſignificat interdum *ſuus*; ut ἀλκῇ σφωϊτέρῃ πάντεσσι μετέπρεπε. jungitur etiam verbo 2æ perſonæ pro *tuus*; ut λιλαίεαι Δῆμον σφωϊτέροισιν ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι.idem.

Paucula Adjectiva ſunt reciproca & trium perſonarum, ἴδιος, ἀλλήλων, &c. ut ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς, Luc. 6.41. τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, Rom. 8. 32. ἀλλήλους ἀγαπῶμεν, 1 Joh. 3. 23. ἀγαπήσατε, 1 Pet. 1. 22. μισήσουσιν, Matth. 24. 10.

Αὐτὸς redundat paſſim in S. Scripturis; ut καταβάντι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ, Matth. 8. 1. alibi rariùs.

Duo cùm fuerint Antecedentia, οὗτος refertur ad propius, ἐκεῖνος ad remotius; ut ἔθιζε σεαυτὸν μὴ σκυθρωπὸν εἶναι, ἀλλὰ σύννουν. δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις. Iſocra. Pari modo articuli pro iiſdem poſiti, ὁ μὲν ad remotius, ὁ δὲ ad propinquius ſpectat: qui tamen ordo ſæpè negligitur.

Regimen Subſtantivorum.

Duo vel plura Subſtantiva ad eandem rem ſpectantia in eodem caſu apponuntur; ut Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, Τιμοθέῳ τέκνῳ, 1 Tim.1. ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα, Philem. v. 19.

Nomen verò proprium *loci*, præſertim *urbis*, poſt Appellativum ſuum effertur nonnunquam in genitivo; ut Ἀθῆναι vel Ἀθηνῶν πόλις, Demoſt.

Aliquando ſubintelligitur ſubſtantivum in poſſeſſivo, quocum ſequens ſubſtantivum caſu conſentit, ut, Νεστορέῃ παρὰ νηὶ Πυληγενέος βασιλῆος. Hom. Il. β′.

Genitivus poſt Subſtantivum.

Cùm duo Subſtantiva diverſæ ſignificationis concurrunt, quod ſenſu poſterius eſt in genitivo ponitur; ut κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν.

Adjectivum in neutro genere abſolutè & Subſtantivè poſitum genitivum regit; ut τὸ τοῦ θεοῦ εὐμενὲς, *Dei benevolentia*. Demoſth. εἰς πλέον πίπτειν τοῦ θέλοντος, i. e. εἰς πλέον θέλημα Soph. τὰ τοῦ θεοῦ Matth. 22. nonnunquam in alio genere; ut τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ, *Deum mortuum*. Lucian. Alex. & Phil.

Sæpiſſime ponitur iſte genitivus vel relativè; ut πῶς τῆς τύχης, Sophocl. vel poſſeſſive; ut τὸ σῶμα ναὸς τοῦ πνεύματος. 1 Cor. 7. activè; ut θάνατον Ἀργείων φεύγω. Euripid. i.e, *mortem quam Argivi inferunt.* paſſivè; ut ἡ Πλαταιέων πολιορκία Thucyd. i. e. *qua Platæenſes cincti erant.*

Pro Genitivo interdum uſurpatur adjectivum poſſeſſivum; ut δουλείη κεφαλὴ pro δούλου. Theogn.

Genitivus vel Dativus poſt Subſtantivum.

Genitivus quandoque in dativum vertitur, præſertim poſt nomen Subſtantivum adjectivè acceptum, & ſignificans *relationem*, *affectionem* vel *contrarietatem*; ut κοινωνὸς τῷ Σίμωνι. Luc. 5. 10. ἀντιβίοισι τύραννε, *violentis tyranne* vel *infenſiſſime*. Herodot.

Genitivus vel Accuſativus poſt Subſtantivum.

Nomina *laudis*, aut *vituperii* (ſubſtantivum cum ſuo adjectivo) poſt aliud ſubſtantivum efferuntur in genitivo; ut ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς. γυνὴ ἀχαλίνου στόματος. Rariùs in Accuſat. ut κόρη ἀμήχανόν τι κάλλος. Heliodor.

Nomen etiam *menſuræ* poſt ſubſtantivum in genitivo ponitur; ut ἀνδρειὰς δυώδεκα πηχέων. Herod. addito ſæpius accuſativo hujuſmodi, βάθος, εὖρος, μῆκος, πάχος, πλάτος, ὕψος, &c. ut λίθος τὸ μὲν μῆκος ποδῶν ἑκατόν. Diodor.

Subſtantivum regens uſitatiſſimè præponitur ſubſtantivo quod regitur; ut ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, Mat. 8. 20. articulis verò utrique præfixis elegantiùs ſequitur regens; ut ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, Matth. 13. 55.

Apud Oratores τὶς, ἕκαστος, ὅσος ponuntur poſt πᾶς; ut πᾶς τὶς, πᾶς ἕκαστος *unuſquiſque*, πᾶς ὅστις, πᾶς ὅσος *quicunque.*

Regimen Adjectivi.

Genitivus poſt Adjectivorum.

ADjectiva quæ *deſiderium, fugam, curam, negligentiam, contemptum, memoriam, oblivionem, notitiam, ignorantiam, prodigalitatem, parſimoniam, accuſationem, damnationem, abſolutionem, dignitatem, potentiam, impotentiam, ſeparationem, differentiam, excellentiam, participationem, immunitatem, vacuitatem, privationem* denique ſignificant, genitivum adſciſcunt; ut δυσέρως τῶν ἀφροδισίων. Xenoph. φυγὰς τῆς πατρίδος, idem. ἐπιμελὴς τῶν φίλων, idem. ἀμελὴς τῶν μουσῶν. Lucian. ὀλίγωρος τῶν Ἑλλήνων. Iſocrat. μνήμων φόρτου. Homer. ἐμαυτοῦ ἐπιλήσμων εἰμί. Syneſ. ἔμπειρος τοῦ πολέμου. Thucyd. ἄπειρος πράξεων ὁ νέος. Ariſtot. δάπανος ὑγρῶν. Athen. φειδωλὸς τῆς δαπάνης. Plutarch. κατήγορος μορφῆς. Plat. καταδίκος φόνου. Demoſt. καθαρὸς φόνου. Plutarch. ἄξιος ἐργάτης τῆς τροφῆς, Matth. 10. 10. ἐγκρατὴς vel ἀκρατὴς θυμοῦ. Ariſt. ἀπόκοιτός μου. Lucian. ἕτερον τοῦ ἀληθοῦς. Plat. Ἔξοχος Ἀργείων. Il. γ. μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ. Heb. 3. 14. ἐλεύθερος τῶν τυράννων. Demoſt. κενὸς νοῦ. Plutarch. ἔρημος συμμάχων. Xenoph.

Ad privationem referuntur compoſita ab α privativo; ut ἄπαις παίδων. Xenoph. ἄχαλκος ἀσπίδων. Sophocl. Quædam ex νη, ut νῆστις βορᾶς. Eurip. niſi quæ vi ſignificationis juxta alias regulas alios caſus poſtulant.

Adjectiva *partitiva*, item *collectiva, indefinita, interrogativa, numeralia, ponderalia, comparativa,* & *ſuperlativa*, ſi partitive accipiantur, genitivo gaudent; ut θάτερος δυοῖν. Plat. ἕκαστος ὑμῶν. Luc. 13. 15. τὶς τῶν νομικῶν. Luc. 11. 45. τὶς οἶδεν ἀνθρώπων, 1 Cor. 2. ἓν τῶν πλοίων. Luc. 5. μυριοπλάσια ἂν κακὰ ποιήσειν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου. Ariſtot. ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, Matth. 23. 11. ἐλάχιστος τῶν Ἀποστόλων, 1 Cor. 15. 6.

Similiter ſignificantia comparativè; ut ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος κρατερός. Ælian. πρᾶος θριγκίνης. Apollon. Superlativè; ut ἔσχατοι ἀνδρῶν. Od. ά. τάλαινα παρθένων. Eurip. δῖα θεάων. Homer. aut quoquo modo partitivè; ut μέσος ὑμῶν, 1 Joh. 26. φόβου καὶ χαρᾶς μεστόειος. Andr. Hier. μόνος τῶν ἀνθρώπων. Demoſth. item articuli; ut τῶν καλῶν αἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν, αἱ δὲ μή. Ariſtot. τῶν ἀνθρώπων οἱ συφέρουσιν οὐ δυσχεραίνουσιν. Iſocr.

Interdum mutatur genus partitivi; ut ὅσον Αἰγυπτίων λῃστρικόν, Heliod. l. 1.

Ponitur nonnunquam genitivus omiſſo partitivo; ut ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, i. e. τι, Demoſth.

Ad hunc modum quandoque adhibetur genitivus pluralis adjectivi cum articulo poſt ſubſtantivum diverſi caſus; ut σὺν γυναιξὶ τῶν ἐπισήμων, & ἄλλα σκεύη τῶν ἐντελῶν. Heliod. l.4. frequentius etiam numeri diverſi; ut Φάβιος ἀνὴρ τῶν ἐπισήμων. Plutarch. φέρω στολὴν τῶν καλλίστων. Xen. Utrobiq; ſubauditur caſus partitivi τις.

Idem quandoq; eſt caſus partitivi, & nominis; ut οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροί. οἱ μὲν οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον. Ælian.

Comparativa ſubaudito ἢ *quam* genitivum poſtulant; ut ὀργιλώτεροι κυνῶν, δειλότεροι τῶν λαγωῶν, κολακευτικώτεροι τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι τῶν ἀλεκτρυόνων. Lucian.

Genitivus iſte interdum per ablativum exponi non poteſt; ut κάλλιον ἐστὶν εὐποιεῖν φίλους τῶν ὀθνείων. *Satius eſt benefacere amicis quam alienis.* Ariſtot. Eth.

Poſitivum, Comparativum, vel Superlativum pro ſe invicem uſurpantur; ut καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἢ ζῆν ἀθλίως. Menand. i.e. κάλλιον. μεγάλη ἐντολή. Mat.22.38. i.e. μεγίστη. τοὺς προδότας χείρους ἡγοῦνται. Thucyd. χείρους. i.e. κακούς. μάλιστα δεινότατος τοῖς ἐναντίοις. idem. i.e. δεινός. πάντων χαλιπώτερον ἄρχειν ψυχῶν. Nilus. i.e χαλεπώτατον. πρῶτός μου ἦν. Joh. 1. 30. i.e. πρότερος.

Interdum ἢ copulat duo comparativa, ut ποιητικώτερα ἢ ἀληθινώτερα. Halicarn.

Poſt comparativum ponitur quandoq; καὶ μὴ pro ἢ: ut βέλτιον ὀψιμαθῆ καλέεσθαι καὶ μὴ ἀμαθῆ. Theocr.

Præponuntur etiam Comparativis vel Superlativis * particulæ amplificativæ vel diminutivæ, ut πάνυ πολὺ ἐλάσσων. Xenoph. πάνυ πολὺ σωφρονέστατος. Plat.

* Pag. 112.

Comparativo adjungitur quandoq; μᾶλλον, ut ἥσσων μᾶλλον τῆς ἑτέρας. Thucyd. πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. Philip. 1. 23.

Superadditur Superlativo Comparativum vel Superlativum, ut μείζονα τῶν μηκίστων. Soph. ἔσχατα ἐσχάτων κακά. idem.

Multa verbalia præcipuè in ικὸς & τήριος, quæ *actionem*, aliáq; quæ *capacitatem* connotant, in genitivum feruntur, ut Ψυχῆς φυλακτικὸν παιδεία. Ariſtot. εὐχαὶ λυτήριαι δειμάτων. idem. ſimiliter τομαῖος πημάτων. Æſchyl. συκῆ φόρος σύκων. Bud. λιμένες νηῶν ὄχοι. Hom. Ἐπίστροφος ἀνθρώπων. idem. ἐπίκλοπος δογμάτων. Plutar. ἐπαγωγοὶ μὲν τῆς ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ τῆς λύπης. Plat. πολυστεφὴς vel περιστεφὴς δάφνης. Soph. περίφοβος τῆς καταφρονήσεως. Plat. ὕποπτος τῆς ἁλώσεως. Euripid..

His adde alia particularia, ut ἀηθὴς *inſuetus*, ψυχροῦ πόματος. Galen. ἐθὰς vel ἠθὰς *aſſuetus*, ἐθάδες ἀγώνων. Plutar. ἠθὰς μύθων. Soph. εὔελπις *bona ſpe fretus*, τῆς δίκης. Areth. ὡραῖος *maturus*, γάμου. Heliod.

Dativus poſt Adjectiva.

Adjectiva ſignificantia *bonitatem, malitiam, commodum, incommodum, jucunditatem, diſplicentiam, decorum, indecorum, facillitatem, difficultatem, amicitiam, inimicitiam, manſuetudinem, crudelitatem, fiduciam, diffidentiam, obedientiam, inobedientiam, æqualitatem, inæqualitatem, manifeſtationem, obſcuritatem, ſufficientiam, apparatum, propinquitatem,* Dativum poſtulant; ut καλὸν ἀνθρώπῳ 1. Cor. 7. 1. κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ. Rom. 14. 20. ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. Tit. 3. 8. ἀλυσιτελὲς ὑμῖν. Heb. 13. 17. ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου. Pſ. 119. 103. ἀτερπές τινι. Thucyd. πρεπῶδες τῷ διδασκάλῳ. Ariſtoph. ἀπρεπὲς τοῖς βασιλεῦσιν ἔργον. Herodian. ῥᾴδια πάντα θεῷ. Linus. τῷ ἀπειθοῦντι πάντα τὰ χαλεπά. Plutarch. εἰ τῷ θεῷ φίλον. Plato. ἐχθρὸς τῇ πόλει. Demoſth. πρᾶος τοῖς πρεσβῦσι. Herodian. ἀνηλεὴς πᾶσι. Plato. ἠνορέῃ πίσυνος. Il. λ. ἄπιστος καὶ σαυτῷ. Plar. ἐπιπειθὴς λόγῳ. Ariſtot. γονεῦσιν ἀπειθεῖς. Rom. 1. 30. τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα vel ἄνισα. Euclid. δῆλος τοῖς μὴ τυφλοῖς. Lucian. ἄδηλος τῷ ἀνθρωπίνῳ λόγῳ. Alex. Aphrod. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Matth. 6. 34. τοῖς ἀγωνίζεσθαι βουλομένοις ἕτοιμος. Demoſt. παραπλήσιος μανίᾳ. Ariſtot.

Quibuſlibet Adjectivis adjungitur Dativus inſtrumenti; ut πρόχειρος ξίφει Ariſtot. Dativus etiam rei vel perſonæ ad quam aliquid ſpectat; ut τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια. Demoſth. ἅγιον τῷ Κυρίῳ.) Luc. 2. 23. Et cum alio caſu; ut ὡς ὑμῖν ἀμείνον τῆς βασιλείας. Julian.

VARII CASUS poſt Adjectiva.

Genitivus vel Dativus.

Adjectiva quæ ſignificant *ſimilitudinem, diſſimilitudinem, contrarietatem, proprietatem, vel communitatem,* Dativum adſciſcunt, rariùs Genitivum; ut ὅμοιος ἀνθρώπῳ. Luc. 6. ὅμοιος ὑμῶν. Joh. 8. ἀνόμοιός σοι vel σου. Ariſtot. ἐναντίοι ἀλλήλοισι. Heſiod. ἐναντία τοῦ συμφέροντος. Xenoph. ἴδιον φίλων. Eurip. ἴδιον ἀνθρώποις. Ariſtot. κοινὸς Ἑλλήνων Athen. κοινὸν ἅπασι. Plat.

Ejuſmodi etiam ſunt ἀδελφὰ τῶν εἰρημένων. Iſocr. ἀδελφὰ τούτοις ἐφιλοσόφησε. Baſil. ἀκόλουθα ἀλλήλων. Xenoph. τοῖς προειρημένοις. Nazian. σύμμορφος τῷ σώματι. Philip. 3. σύμμορφος τῆς εἰκόνος. Rom. 8. σύστοιχα τούτοις & ἀλλήλων. Ariſtot. item ἀλλότριος τῆς πατρίδος Demoſth. ἀλλότριος τῶν πόλεων idem.

Quædam adjectiva *ſimilitudinis* gaudent ſolo dativo, præcipuè poetica ἀλίγκιος, ἐναλίγκιος, & verbalia εἴκελος, ἴκελος; ut ἀλίγκιος ἀστέρι Il. ζ. θεοῖς ἐναλίγκιος Od. α. εἴκελος αὐγῇ Il. χ. ἴκελος Διΐ Il. β.

Quæ ſignificant *reatum* regunt genitivum, rariùs dativum rei; ut ἔνοχος ἱεροσυλίας. Ariſtot. ἔνοχος τῇ προδοσίᾳ. Plutar. ὑπεύθυνος φωνῆς. Lucian. ὑπεύθυνος τιμωρίᾳ. Chryſoſt. Ἄιτιος ſolum genit. ut αἴτιον τοῦ θανάτου. Luc. 23. 22.

Nomen *pretii* apponitur Adjectivis in genitivo, quandoq; dativo; ut πάντα ὤνια πλούτου. Ariſtot. ἃ τῷ νομίσματι ὤνια. idem.

Quæ paſſivè etiam ſignificant, præcipuè Verbalia in τος, dativum deſiderant; ut τίμιος παντὶ τῷ λαῷ. Act. 5.34. πᾶσι ποθεινὴ μέλισσα. Proverb. 6. ἅπασιν ἐκλιπές. Thucyd. ἀκουστὸν καὶ θεατὸν ἡμῖν. Iſocrat. interdum genitivum ſubaudito ὑπὸ, &c. ut κακῶν δυσάλωτος, i. e. ὑπὸ κακῶν Sophocl. (ſic ὁ θεὸς ἀπείραστος κακῶν. Jacob. 1. 13.) ἀλιτήριος θεοῦ. Thucyd. i.e. κατὰ θεοῦ.

Certa Adjectiva regunt genitivum vel dativum, ἐντριβὴς *verſatus*, πειθήμων *moriger*; ut ἐντριβὴς τοῖς πράγμασιν. Euſtath. τῆς τέχνης Plat. πειθήμων λυσσῇ. Epigr. rariùs gen. βουλῆς Nonn.

Regentia etiam dativum, ſi Subſtantivè accipiantur, adſciſcunt genitivum; ut ἄγχιστος *proximus*, ἀγαπητὸς *dilectus*, ἀντίπαλος *adverſarius*, γνώριμος *familiaris*, δηλήμων *nocivus*, ἐγγενὴς *innatus*, ἔνσπονδος *fœderatus*, ἐπιτήδειος *neceſſarius*, ἐπώνυμος *denominatus*, ἐχθρὸς *inimicus*, κλητὸς *vocatus*, συνώνυμος & ὁμώνυμος *cognominis*, οἰκεῖος *familiaris*, πάρεδρος *aſſidens*, πολέμιος *inimicus*, συγγενὴς *cognatus*, σύζυγος *compar*, σύμβουλος *conſiliarius*, σύμμαχος *auxiliarius*, συνεργὸς *particeps operis*, φίλος *amicus*; ut ἄγχιστος πατρὸς. Euripid. ἀγαπητοί μου. Philip. 2. 12. πόλις ἀντίπαλος τῆς Ῥώμης. Plutarch. γνώριμός τινος. Iſocrat. ὄθιν δηλήμονα φωτῶν Nonn. ἐγγενὴς τῆς χώρας. Diodor. ἔνσπονδοι τῶν Ἑλλήνων. Thucyd. ἐπιτήδειοι Ἀθηναίων idem. ἐπώνυμοι πόλεις βασιλέων. Plutarch. ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης. Act. 13. 10. κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Rom. 1. 6. ξυνώνυμος Λακεδαίμονος. Euripid. ὁμώνυμος τοῦ θεοῦ. Plutarch. οἰκεῖοι τοῦ Ἀλεξάνδρου. Herodian. πάρεδρος τῆς θεοῦ. Ariſtid. πολέμιος τοῦ δήμου idem. συγγενὴς Γανυμήδους. Lucian. σύζυγός εἰμι τοκῆος. Nonn. σύμβουλος αὐτοῦ. Rom. 11. 34. ἀρετὴ ἔργων σύμμαχος. Xenoph. συνεργὸς κοινοῦ ἀγαθοῦ idem. φίλος τοῦ Καίσαρος. Joh. 19. 12. Atq; alia conſimilia; ut γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ. Joh. 18. 15. αὐτοῦ. Luc. 23. 19. δοῦλος θεοῦ. Tit. 1. 11. τῇ δικαιοσύνῃ. Rom. 6. 19.

Genit. Dat. vel Accuſ.

Adjectiva ſignificantia *copiam* vel *inopiam* regunt genitivum; ut μεστοὺς φθόνου, φόνου, &c. Rom. 1. 29. ἐνδεὴς φρενῶν. Proverb. 7. 6. Interdum dativus, rarò accuſativus additur poſt adjectiva *copiæ*; ut ἀφνειὴ μήλοισι. Heſiod. ἄφθονος ὕδασι. Ariſtot. εὔπορος πᾶσι. Thucyd. πλήρεις στρατιώταις. idem. πλούσιος χρυσῷ. Plat. περιττὸς τὰς ἐργασίας. Hermog. τὴν σοφίαν. Syneſ. Quandóque poſt adjectiva *inopiæ* dativus; ut ἄπορος τῇ γνώμῃ. Thucyd. ἐνδεὴς τῷ βίῳ. Euripid.

Quodvis Adjectivum admittit Dativum ſignificantem *cauſam*; ut οἴνῳ καὶ θύμῳ κάτοχος. Heliodor. quandoq; etiam genitivum, ſubaudito ἕνεκα. ut μακάριος τῆς τύχης. Ariſtoph. & accuſativum ſubaudito διά. ut θαυμαστὸς τὴν εὐστάθειαν. Steph.

Plurima Nomina uſitatius poſt ſe habent accuſativum, præcipuè Subſtantivi ſignificantis *formam*, *modum*, *patriam*, *gentem*, *nomen*, *artem*, *objectum*, *menſuram*, *numerum*, *partem* vel *membrum*, ſubauditâ Præpoſitione κατὰ, διὰ, περὶ, &c. ut, ψυχὴν γενναῖος. Plutar. σπουδαῖος τὸν τρόπον. Iſocr. πατρίδα Ῥωμαῖος. Λυδὸς μὲν τὸ γένος. Herodot. γυναῖκα ὄνομα Κρισπῖναν. Herodian. τὴν τέχνην καὶ τὰ θαλάττια σοφός. Lucian. ποταμὸς τὸ εὖρος πλεθριαῖος. Xen. τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. Joh. 6. 10. τυφλὸς τὰ ὦτα. Sophocl. τὸ σῶμα φιλόπονος. Iſocrat. Interdum dativum; ut ἐπιεικὴς ἤθεσι. Plato. Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει. Act. 18. 24. ὀνόματι Τιμόθεος. Act. 16. 1. χῶμα δίπλεθρον τῷ πλάτει. Diodor. χροιαῖς μέλανες. idem. πολλοὶ ἀριθμῷ, &c. Rariùs genitivum: ut αὐθάδης φρενῶν. Æſchyl. Similiter Subſtantiva quandóq; conſtruuntur: ut πατήρ σοι τὴν ἡλικίαν, μᾶλλον δὲ τὴν εὔνοιαν. Heliodor. l. 4. &c.

Τὸ μέγεθος vel τὸ πλῆθος eleganter adjungitur vocibus *quantitatem* ſignificantibus: ut τηλικοῦτος τὸ μέγεθος. Lucian. ὅσον ἔργον τὸ μέγεθος. Iſocr. τοσαῦται τὸ πλῆθος συμφοραί. idem.

Idem Adjectivum pro diverſâ ſignificatione diverſos caſus poſtulat juxta diverſas regulas: multa propter *privativam* vel *activam* ſignificationem regunt genitivum, propter *paſſivam* verò dativum: ut ἀθέατος *non videns* G. γυναικὸς Heliodor. *inviſibilis* D. ἄλλοις Lucian. ἄπορος *indigus* G. πάντων Lucian. *impervius* D. διάβασις ἄπορος τῷ στρατῷ. Herodot. ἀπείρατος *imperitus* G. ὕβρεως. Chryſoſt. *intentatus* D. ut οὐδὲν ἀπείρατον τούτοις. Demoſth. Sic ἐπιμελὴς φίλων. Xenoph. ἐπιμελὲς τῷ Δαρείῳ. Polyb. atque his ſimilia.

Multa etiam alia ob diverſas ſignificationes: ut διάφορος *excellens* G. διάφορος ἑτέρων. Plat. *diſſidens* D. ἀλλήλοις. Xenoph. vel propter alias rationes: ut ἐπιστήμων *peritus* τῆς ἰατρικῆς. Plat. G. poſt Adjectiva notitiæ (p. 134.) τὰ προσήκοντα. Xen. accuſ. objecti ſuprà αἰδῶ δ' οὐκ ἀγαθὴν ἀνδρὶ. Homer. Dat. poſt adject. commodi (p. 134.) βοὴν ἀγαθός. Il. 9. Accuſat. modi ſuprà, ἀγαθὸς τῆς ἱερᾶς νόσου. Theoph. ſubaudi κατὰ. Plures etiam caſus diverſæ rationis ſimul apponi poſſunt: ut ὅμοιος ὁράσει λίθῳ. Revel. 4. 3.

Derivativa innumera regunt caſus Verborum & Adverbiorum unde profluunt, de quibus poſthac.

Comparativa niſi partitivè poſita vel ſubaudito ἢ: ſuperlativa etiam niſi partitivè accepta regunt caſus poſitivorum ſuorum: ut ὀδυ-

νηράὑπέρτερος τῷ ἐχθρῷ. Baſil. τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Heſiod. χρημάτων ἀδωρότατος. Thucyd. οἴκτου ἀξιώτερος ἢ φθόνου. idem.

Adjectivum compoſitum quandoq; regit caſum ſimplicis incluſi; ut λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν, &c. Heſiod. i. e. λύων μελέτας vel μέλη θεῶν. πόλις ἰδίου δήμου πολυάνθρωπος. Herodian.

Uſurpantur non rarò Adjectiva priorum quarumcunque claſſium ſino ullo caſu; ut οὐκ ἦσαν ἄξιοι. Mat. 22. 8. εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς. Tit. 3. 10.

Caſus regi poteſt à caſu, qui aliunde regitur: ſimilis etiam à ſimili, ſi varietur genus aut nnmerus, aut ſaltem terminatio; ut ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας. Luc. 15. 15. διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν. Luc. 1. 78.

Regimen Nominum cum Præpoſitionibus.

INterdum nomina regunt caſus interventu Præpoſitionum:

1. Subſtantiva.

Genitivus poſterioris Subſtantivi admittit Præpoſitionem παρὰ, ἐκ, &c. ἡ παρὰ τῶν θεῶν εὔνοια. Demoſt. ἡ ἐκ τῶν θεῶν οἰκονομία. Heliodor. l. 4. τὴν περὶ ἀλλήλων γνῶσιν. ibid.

Variatur per ſequentes, ἐν, παρὰ, &c. cum dat. ut ἡ ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνία. Demoſt. i. e. κινδύνων· (ſic διάκονος ἐν Κυρίῳ, i.e. Κυρίου. Eph. 6.) ἡ παρὰ τοῖς πλείστοις ἄγνοια μέμικται κακίᾳ. Demoſt. i. e. τῶν πλείστων.

Κατὰ, περὶ, πρὸς, &c. cum accuſ. ut λειότης κατὰ τὰς ὀφρῦς. Ariſtot. i. e. τῶν ὀφρύων· τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ κυριώτατα. idem. i. e. ψυχῆς. οὐκ ἀσφαλεῖς αἱ πρὸς τυράννους ὁμιλίαι. Iſocrat. i. e. τυράννων.

Non rarò genitivus iſte ſubintelligit Præpoſitionem ἀπὸ, ὑπὸ, κατὰ, ὑπὲρ, περὶ, &c. ut πένθος δαιμόνων ἔχω. Euripid. i. e. ἀπὸ δαιμόνων. ἡ καταποντιστῶν ἅλωσις. Heliod. i. e. ὑπὸ καταποντιστῶν. Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ᾽ ἐξεύρηκέ πω κακῆς. Euripid. i.e. κατὰ γυναικός. διὰ τὴν τῶν φίλων ὀρρωδίαν, idē. i.e. ὑπὲρ τῶν φίλων (ſic στίγματα Ἰησοῦ. Gal. 6. i.e. ὑπὲρ Ἰησοῦ.) τούτου ἀνταγωνιστής. Dem. i.e. περὶ τούτου.

Quandoque ponitur pro alio caſu cum Præpoſitione; ut πίστις Ἰησοῦ. Gal. 3. 22. i.e. εἰς Ἰησοῦν. ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ. Luc. 6. 12. i.e. πρὸς τὸν θεόν. ſic ἱκετείας ἡμῶν ἐποιήσαντο Iſocr. Paneg. i.e. πρὸς ἡμᾶς.

Nomen menſuræ vel ſpatii ponitur cum ἀπὸ in gen. cum εἰς, ἐπὶ, κατὰ in Accuſ. ut κατεστρατοπέδευσαν ἀλλήλων ἀπὸ σταδίων τριῶν. Diodor. l. 19. σκυφὰς κισσοῦ εἰς εὖρος τριῶν πηχέων. Euripid. τοῦ τείχους καθεῖλεν ἐπὶ δέκα σταδίους. Diodor. l. 17. φοινίκων καρποὶ κατὰ τὸ μέγεθος ἐξ δακτύλων ὄντες. Diodor. l. 2.

2°. Adjectiva.

Inſigniores quædam omittuntur claſſes adjectivorum & præpoſitiones; quoniam exempla ex probatis Autoribus deprompta ad manū non erant.

Adjectiva quæ communiter poſtulant genitivum adſciſcunt varias præpoſitiones cum variis caſibus; præcipuè ἀπὸ, ἐκ, &c. Significantia

Deſiderium; ut φιλότιμος ἐπ' ἀρετῇ. Plat.

Fugam; ut φυγὰς γίνομαι ἀπὸ τούτου. Plat. φυγὰς ἐκ τῆς πόλεως. Thucyd.

Curam; ut φροντιστικὸς περὶ τὴν τροφήν. Theophraſt

Negligentiam; ut ἀμελὴς περὶ αὐτόν. Iſocrat.

Notitiam; ut δεινὸς περὶ ταῦτα. Plutarch. πρὸς τοῦτο. Iſocrat. εἰς τοῦτο. Ariſtoph. ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Plutarch.

Ignorantiam; ut περὶ τὸ δίκαιον ἀγνώμων. Plat.

Parſimoniam; ut γλισχρότατος περὶ τὰς δωρεάς. Lucian. φειδωλὸς ἐν δαπάναις. Plutarch.

Damnationem; ut κατάκριτος ἐπὶ θανάτῳ. Steph.

Abſolutionem; ut ἀθῷος ἀπὸ τοῦ αἵματος. Mat. 27. 24. ἀναίτιος παρὰ τοῖς στρατιώταις. Xen. ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν. Phalar.

Dignitatem; ut ἄξιος πρὸς τὴν δόξαν. Rom. 8. 18. πρὸς τὴν παιδείαν. Plat.

Potentiam; ut αὐτοκράτορες ὄντες ἀπὸ τῆς πόλεως. Thucyd. δυνατὸς ἐν λόγῳ. Luc. 24. 19.

Impotentiam; ut ἀκρατὴς περὶ τὰς ἡδονάς. Ariſtot. ἀσθενὴς πρὸς Μήδους. Xenoph.

Separationem; ut ἀπόκοιτος παρὰ Ῥέας, Lucian.

Differentiam; ut ἄλλος παρ' ἐμὲ, *vel* ἀντὶ ἐμοῦ. Sophocl.

Excellentiam; ut ἔνδοξος εἰς τὰ πολεμικά. Xenoph. περιωσὸς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν. Ariſtot. ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ. Plutarch.

Participationem; ut περὶ τῶν καθεστώτων κοινωνός. Herodian.

Immunitatem; ut ἐλεύθερος ἀπὸ τῶν βαρβάρων. Steph.

Privationem; ut ἁγνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς συνουσίας. Demoſt. ἀπαθὴς ὑπὸ τῶν παρόντων. Plutarch. ἄφοβος περὶ τοῦ μέλλοντος idem.

Partitivum admittit præpoſitiones ἐξ, ἀπὸ, ἐπὶ, πρὸς, περὶ, &c. ante genitivum; ut τίς ἐξ ὑμῶν. Joh. 8. ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν. Thucyd. ἐπὶ γυναικῶν ἀθλιωτάτη Liban, ὅσοι πρὸς ὑμῶν πεπόνθατε. Heliodor. l. 1. κρατερὸς περὶ πάντων. Homer. Item ἐν, & apud Poetas μετὰ cum Dat. ut πρῶτος ἐν ποιηταῖς. Rhen. ἕκαστος ἐν τοῖς κακούργοις. Cruſ. μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη. Il. α'.

Numeralibus præponuntur πρὸς, εἰς, κατὰ, ἀμφὶ, &c. cum Accuſ. ut Βρόντης καὶ Στερόπης εἶχον πρὸς ἕνα μόνον ὀφθαλμόν. Scholiaſtes

Æſchyl. ἱππέας εἰς ὀκτακισχιλίους. Xenoph. ἀθροισθέντες κατὰ διακοσίους. Dioſcor. ἔτη ἀμφὶ ἐννενήκοντα. Lucian. Item σὺν in compoſitione, ut σύνδυο ἡμῖν τριήραρχοι. Diodor. τριήραρχοι συνεκκαίδεκα. Demoſth.

Inter minorem numerum & majorem ſequentem intercedunt πρὸς, ἐπὶ, &c. loco copulæ καὶ; ut στάδια τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν. Xenoph. ὀκτὼ ἐπὶ τοῖς ἐννενήκοντα ἔτη βεβίωκε. Lucian.

Poſt comparativum ponitur quandoque præpoſitio περὶ, &c. cum gen. παρὰ, πρὸς, ὑπὸ, &c. cum Acc. omiſſo ἢ (ut) τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἀσπαστότερον. Herodot. l. 1. (i.e.) ἐλευθερίης. πλείονος δόξης παρὰ Μωσῆν ἠξίωται. Heb. 3. 3. (i.e.) Μωσέως. ὕστερα τἄλλα πρὸς τὴν ἀρετήν. Thucyd. (i.e.) τῆς ἀρετῆς. φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός. Luc. 16. 8. (i. e.) τῶν υἱῶν. Poſt poſitivum itidem; ut σοφὸς ὑπὲρ τὸν Πρωτέα. Dion. (i.e.) σοφώτερος τοῦ Πρωτέως.

Interdum poſt ἢ & comparativum eleganter additur præpoſitio κατὰ, εἰς, πρὸς, &c. cum Acc. ut μεῖζον φορτίον ἢ καθ' ἑαυτόν. Demoſt. μακρότερον ἢ εἰς ὅσον τοῖς νῦν συμφέρει αἰτιᾶσθαι. Thucyd. ἐνδεέστερος ἑκάστῳ παρεῖχεν, ἢ πρὸς τὴν οὐσίαν. idem.

Legitur particula comparativa ἢ pro ὑπὲρ, ſequente accuſativo; ut Ἀλκαμένους ἐρᾷν ἢ πάντα χρήματα. Heliodor. l. 4.

Verbalia in ικὸς, &c. (pag. 135.) adſciſcunt πρὸς, &c. cum Acc. ut ἀνακλητικοὶ λόγοι πρὸς τὴν ὁμόνοιαν. Plutarch. δεκτικωτέρα πρὸς ἀπόρροιας γίνεται ἡ ὄψις. Heliodor. l. 2.

Adjectiva regentia dativum poſtulant πρὸς vel εἰς, &c. cum Ac. alias etiam præpoſitiones cum aliis caſibus. Significantia

Bonitatem; πρᾶος πρὸς τοὺς οἰκείους. Plato. εἰς ἀλλήλους χρηστοί. Epheſ. 4. 32. χρηστὸς ἐπὶ τοὺς πονηροὺς ὁ Θεός. Luc. 6. 35.

Malitiam; ἀχάριστος πρὸς τοὺς γονεῖς. Xenoph. κακὸς εἰς δῆμον. Æſchin. περὶ αὐτόν. Iſocrat.

Commodum; ut χρήσιμος πρὸς τὴν ἐργασίαν. Ariſtot. εἴς τι. Plutar. ſic προὔργου πρὸς vel εἰς τοῦτο. Plat.

Incommodum; ut ἄχρηστος πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην. Chryſoſt.

Diſplicentiam; ut πρός τινας ἀηδές τι. Iſocrat. ἀτερπὴς εἰς ἀκρόασιν. Thucyd. ἀχάριστα μεθ' ἡμῖν. Od. θ'.

Decorum; ut εὐπρεπὴς πρὸς τοὺς πλείους. Thucyd.

Facilitatem; ut εὔκολος πρὸς τοὺς συνήθεις. Plutarch.

Difficultatem; ut χαλεπὸς πρὸς τοὺς πολεμίους. Plato.

Crudelitatem; ut ἄγριος εἰς τὰς ὁμιλίας. Ephor.

Diffidentiam; ut ἄπιστος πρὸς τοῦτον. Demoſth.

Obedientiam; ut εὐπειθὴς πρὸς τὴν ἀρετήν. Plat. ὅλη εἰς ἅπαν εὐπειθής. Galen.

Inobedientiam; ut ἀπίθανος πρὸς τὸν Δία. Lucian.

Æqualitatem; ut ἴσον πρὸς ὑμᾶς. Demoſth.

Inequalitatem; ut ἀσύμμετρα τὰ πάχη πρὸς τὰ μήκη. Xenoph.

Manifeſtationem; ut διαφανὴς εἰς ἅπαντας. Plato. παρὰ πᾶσι φανερόν. Demoſt.

Sufficientiam: ut τίς πρὸς ταῦτα ἱκανός. 2. Cor. .2 16. διαρκὴς εἰς ἄμφω ἡ φύσις. Theoph.

Apparatum, vel *Promptitudinem*: ut εὔζωνος πρὸς τὴν μάχην. Plutarch. ἐπιτήδειος εἰς μάχην. Herodian. κύων ἐπὶ τοῖς προβάτοις ἐπιτήδειος. Xenoph.

Propinquitatem; ut ἀγχιστῖναι ἐπ᾽ ἀλλήλῃσι. Hom.

Multa adjectiva præcedentium Claſſium, ea potiſſimùm quæ *impotentiam*, *ſufficientiam*, *promptitudinem* ſignificant, uſitatiſſimè conſtruuntur cum præpoſitionibus.

Adjectiva paſſivè ſignificantia gaudent præpoſitionibus ἀπὸ, ἐκ, παρὰ, πρὸς, εἰς, &c. ut ἄφαντος ἀπ᾽ αὐτῶν. Luc. 24. 31. θαυμαστὸς παρὰ πᾶσι. Dem. ἐπίφθονος πρὸς ἀνθρώπων. Herodot.

Regentia Gen. vel. Dat. adſciſcunt ἀπὸ, ἐκ, &c. cum G. εἰς, &c. cum A. Significantia

Proprietatem; ut ἰδιαίτερον πρὸς ἡμᾶς. Dioſcorid.

Communionem; κοινὸν κατὰ πάντων ζώων ἐστίν. Ariſtot.

Reatum; ut ἔνοχος εἰς γέενναν. Matt. 5.22. ἀπὸ τούτου τοῦ φόνου ἐναγής. Thucyd.

Copiam; ut εὐπορώτερος ἐκ διδασκαλίας. Gaza. πλούσιος ἐν ἐλέει. Eph. 2. 4.

Inopiam; ut ἄμοιρος ἐπὶ τὸ φρόνημα. Euripid.

Nomen *formæ*, *modi*, &c. (pag. 138.) effertur per præpoſitiones κατὰ, εἰς, πρὸς, &c. cum A. ut ὅμοιος κατὰ γένος, κατὰ ἡλικίαν, κατὰ ἕξιν, κατὰ δόξαν, κατὰ τὰ ὑπάρχοντα. Ariſtot. ὅμοιος εἰς φύσιν. Homer. ἀσεβὴς πρὸς φύσιν. Æſop. ſic διπλοῦς κατὰ μέγεθος. Exod. 25.

Nomen *cauſæ*, διὰ, εἰς, πρὸς, ἐπὶ, &c. A. ut εὐδόκιμος διὰ, εἰς, ἐπὶ τοῦτο. Iſocrat.

Nomen Subſtantivum, interdum Adjectivum, cum Præpoſitione ſumitur pro Adjectivo, rariùs pro Subſtantivo, præcedente ut plurimum articulo; ut τὰ ἐν πολέμῳ ἔργα. Xenoph. (i) πολεμικά. τὰ ἐπὶ γῆς (i) ἐπίγεια. Eph. 1. 10. εἰς σάρκα μίαν (i) σὰρξ μία. Eph. 5. 31. ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. Luc. 5. 36. (i) τὸ καινόν ἐπ᾽ ἀγαθῷ pro ἀγαθόν. ſimiléſque regit caſus; ut ἐπ᾽ ἀγαθῷ τοῦ Κύρου. Xenoph. ἐπ᾽ ἀγαθῷ τοῖς πολίταις. Ariſtoph.

Regimen Verbi.

Accuſativus poſt Verbum.

VErba tranſitiva [i.e. activa & eorum ſignificationem habentia] accuſativum regunt; ut γνῶθι σεαυτόν. Solon. τὸν θεὸν φοβεῖσθε. 1 Pet. 2. 17. ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε. Matth. 20. 30.

Duo Accuſativi poſt Verbum.

*Verba *rogandi, interrogandi, docendi, exigendi, admonendi, celandi, veſtiendi, exiſtimandi, vocandi, provocandi, compellandi, nuncupandi, conſtituendi, teſtandi, adjurandi* duplicem regunt accuſativum; ut ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεόν, Joh. 11. 22. ἐρωτήσω ὑμᾶς ἕνα λόγον, Luc. 20. 3. διδάξει ὑμᾶς πάντα, Joh. 14. 26. πολλὰ παρεκάλεσα αὐτόν, 1 Cor. 16. 12. Σωκράτης οὐδένα ἀργύριον πράττεται. Xenoph. τὴν θυγατέρα ἔκρυψε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός. Lys. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια, Marc. 15. 20. ταῦτα ἥγημαι ζημίαν, Phil. 3. 7. καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου, Rom. 9. 25. ταῦτα προὐκαλεῖτο τοὺς συνόντας. Xenoph. ἠσπάζοντο αὐτὸν αὐτοκράτορα. Plut. θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τεθνηκότα. Lucian. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα, Act. 7. 27. ταῦτα ἀνθρώπους ὑβρίζομαι. Syneſ. ὁρκίζω σε τὸν θεόν, Marc. 5. 7.

* *Si qua verba hujus vel ſequentium claſſium alios regant quam quos regula exigit caſus, reponuntur alibi ſub diſtinctis eorundem quos regunt duorum pluriumve caſuum capitibus.*

Alia ſimiliter, ſubaudito ὡς vel εἰς ante poſteriorem accuſativum; ut ἔχετε ἡμᾶς τύπον (i.e.) ὡς vel εἰς τύπον, Philip. 3. 17. παρεῖχεν ἑαυτὸν βασιλέα. Herodian. τὴν χώραν λείαν ἐποιεῖτο. Thucyd. αὐτὸν ἔδωκε κεφαλήν. Epheſ. 1. 22.

Quibuslibet verbis ſubjicitur accuſativus (potiſſimùm rei) ſubaudito κατὰ, διὰ, &c. ut ἀσκῶ σε τὰ πολεμικά. Xenoph. τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, 1 Tim. 5. 4. ἐνηγγυησάμην τὸν Παρμένοντα. Demoſt. Sic ἐὰν ἐγγυήσω τὸν φίλον, Proverb. 6. 1.

Uſitatiſſimè accuſativo neutri τό, τί, τοῦτο, οὐδὲν, μηδὲν, τάδε, ταῦτα, πάντα, πολλά, &c. ut χαίρω τὸ ἐφ᾽ ὑμῖν, Rom. 16. 19. μικρόν τι κἀγὼ καυχήσομαι, 2 Cor. 11. 16. εὐεργετεῖν ἀνθρώπους πολλὰ καὶ μεγάλα. Iſocr. τοὺς ἀσθενοῦντας οἷα ὑβρίζει. Xenoph.

Nominativus poſt Verbum.

Omnia fere verba admittunt poſt ſe nominativum, qui cum caſu verbum præcedente conſentit; ut ἐλάκησε μέσος, Act. 1. 18.

Genitivus poſt Verbum.

Verba *incipiendi, deſinendi, appetendi, abſtinendi, egendi, excellendi, diſtandi, differendi, aberrandi* genitivum poſtulant; ut ἄρχομαι λόγου. Demoſt. πέπαυται ἁμαρτίας, 1 Pet. 4. 2. εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, &c. 1 Tim. 3. 1. ἀπέχεσθαι βρωμάτων, 1 Tim. 4. 3. ἀντίζω [illegible]. Thucyd.

περιγίνεσθαι τῶν πολεμίων idem. διέχει τῆς ἠπείρου idem. ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει, 1 Corin. 15. 41. διαφέρ πάντων τῶν ὅλων. Thucyd.

Ad verba *appetendi* referuntur *deſiderativa* in είω; ut ὀψείω ἀϋτῆς. Il. ξ. aliáque connotantia *deſiderium*; ut πεινῶσι χρημάτων. Xenoph.

Quædam ex his ſolum Accuſativum regunt:

Appetendi, ποθέω, ἐπιποθέω, &c. ut ποθῶ γὰρ αὐτόν. Lucian. ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, 1 Pet. 2. 2.

Excellendi, παρευδοκιμῶ, ὑπεράγω: ut παρευδοκιμῶ τοὺς ἄλλους. Diodor. ὑπεράγειν τέσσαρας πήχεις διὰ τὸ μέγεθος idem.

Verba *naſcendi* admittunt genitivum *parentis*; ut Τελαμῶνος ἐγεννήθη ὁ Αἴας. Iſocr.

Quædam verba regunt Genitivum.

Ἀηθέσσω *inſuetus ſum*; ut ἀηθέσσον γὰρ ἔτ᾽ αὐτῶν. Il. κ'.
Ἐπιδικάζομαι *hæreditatem peto*; ut ἐπιδικάζεσθαι τῶν χρημάτων. Iſocr.
Ἐράω (ἔραμαι poet.) *amo*; ut ἐρᾶν φλαύρων. Ariſt. ὃς πολέμου ἔραται. Il. ί.
Ἔχομαι *adhæreo*; ut ἔχεται τῆς πέτρας. Lucian.
Προξενῶ *hoſpitio excipio*; ὑμῶν. Xenoph.
Σπλαγχνίζομαι *miſericordia commoveor*; ut ἐσπλαγχνίσθη τοῦ δούλου, Mat. 18
Στοχάζομαι *collimo*; ut στοχάζομαι σκοποῦ. Polyb.
Ὑπολείπομαι *relinquo*; ut ὑπολείπονται Θετταλῶν. Heliod. l. 4.
Φείδομαι *parco*; ut πλούτου μὴ φείδου. Phocylid.
Ἐπείγομαι *feſtino*, gen. rei (*quæ* ſeu *ad quam properatur* Steph.); ut ὁδοῖο. Od. ά. ἄρεος. Il. τ'.

Accuſativus cum Genitivo.

Verba *implendi*, *privandi*, *æſtimandi*, *ſedendi* exigunt accuſativum proximioris ſubſtantivi cum genitivo remotioris; ut πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Luc. 1. 53. γυμνῶ σε τῶν ὅπλων. Herodian. τιμησαίμην ἂν ἐμαυτὸν τῆς σιτήσεως. Lucian. Θηβαίους παύσει ὕβρεως. Dem.

Verbis *privandi* accenſentur verba *exonerandi*, *liberandi*, *ſeparandi*, *fruſtrandi*, *arcendi*, *prohibendi*, *inhibendi*; ut ἀποκουφίζειν ὄχλου τὴν πόλιν. Plutarch. τὴν πόλιν πράγματος ἠλευθέρωσε. Iſocrat. Εὐρώπης Ἀσίαν Τάναϊς ὁρίζει. Dionyſ. πραγμάτων σφάλλουσιν ἡμᾶς. Plutarch. διασκίδνησιν αὐτοὺς τῆς συντάξεως. Joſeph. εἴργω σε πυρὸς καὶ ὕδατος. Plutarch. ἴργω σῆς συγγόνου ξίφος. Euripid.

Verbis *æſtimandi*, verba *dignandi*, *præferendi*; ut ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεός. 2 Theſſ. 1. 11. τοῦ κοινῇ συμφέροντος τὸ ἴδιον προκρίνειν. Diodor.

Verba *accuſandi*, *damnandi*, adſciſcunt accuſat. *ſubjecti* cum genit. *criminis*; ut Αἰσχίνην ξενίας αἰτιῶμαι. Dem. τὸν νεκρὸν κρίνειν προδοσίας. Lycurg.

Verba *abſolvendi* regunt accuſat. cum genitivo *criminis* vel *pœnæ*; ut ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων. Lucian.

Dativus poſt Verbum.

VErba *commodandi, fidendi, diffidendi, obſequendi, repugnandi, invidendi, gaudendi, ſequendi, appropinquandi, innitendi, ſufficiendi, vacandi*, dativum poſtulant; ut δικαιότῃ λυσιτελεῖν. Xen. οὔτε πᾶσι πιστεύειν, οὔτε πᾶσιν ἀπιστεῖν. Ariſtot. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Act. 5.29. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ. Jacob. 4.7. ἀλλήλοις φθονεῖν. Galat. 5.26. χαίρω φίλοις. Xen. τοῖς τερπνοῖς ἕπεσθαι εἴωθε τὰ λυπηρά. Moſch. ἐγγίσατε τῷ θεῷ. Jac. 4.8. βάκτρῳ σκήπτεσθαι. Apollon. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. 2 Cor. 12.9. σχολάζητε τῇ νηστείᾳ. 1 Corinth. 7.5.

Sub verbis *commodandi* comprehenduntur verba *auxiliandi, proſpiciendi, conveniendi, benevolendi*, ; ut κύριε, βοήθει μοι, Matth. 15.25. ἔπεχε σεαυτῷ, 1 Tim. 4.16. τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, Heb. 7.26. οὐ ῥᾴδιον εὐνοεῖν τοῖς κακονόοις. Xenophon. Ὄνημι & ὀνίνημι *proſum* accuſat. ut τί τὴν πόλιν ὤνησεν. Æſchin. τί με κωκυτὸς ὀνίνησι. Lucian.

Sub verbis *obſequendi*, verba *annuendi, ſerviendi*; ut νεύει τούτῳ Σίμων, Joan. 13.24. δουλεύειν τῷ θεῷ, 1 Theſſal. 1.9.

Sub verbis *repugnandi*, verba *certandi, diſcrepandi, renuendi, iraſcendi, indignandi*; item compoſita ex δυς: ut γυναικὶ μὴ μάχου. Cleobul. διαφωνεῖν ἀλλήλοις. Ariſtot. ἀνάνδανον ἑκάστῳ. Od. ά. ὀργίζεσθαι τῷ ἐξαπατήσαντι. Dem. ἀγανακτεῖν τῷ θανάτῳ. Plat. δυσφορεῖς τῇ πενίᾳ. Plutarch. Huc ſpectant verba *inſurgendi, contraveniendi, peccandi*, & alia quædam, potiſſimum ex SS. quæ dativum admittunt perſonæ *adverſus quam*; ut ἀνέστησάν μοι μάρτυρες, Pſalm. 35. 11. μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς, Pſalm. 36.11. ἥμαρτόν σοι, Pſalm. 41. 4.

Sub verbis *appropinquandi*, verba *occurrendi, contingendi, incidendi, impingendi*; ut ἀπήντησεν αὐτῷ, Marc. 5. 2. τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, 1 Corinth. 10.11. πίπτειν ταῖς δυσπραξίαις. Sophocl. προσέκοψαν τῷ λίθῳ, Rom. 9.32. Verba etiam *veniendi*, quæ interdùm dat. adſciſcunt; ut ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις. Thucyd.

Sub verbis *vacandi*, verba *aſſueſcendi*; ut εἴθισται αὐτῷ. Alex. Aphrod. εἴωθέ μοι μαντική. Plato.

Multa verba, fere compoſita ex σὺν & ὁμοῦ, exigunt dativum *perſonæ*, vel *rei ſociæ*; cujuſmodi ſunt verba *converſandi, conſentiendi, compatiendi*, &c. ut ὡμίλει αὐτῷ. Actor. 24. 26. ὁμογνωμονῶ σοι. Xen. τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, Heb. 10.34. συνελθεῖν αὐτοῖς, Act. 11.12. (i.) ἐλθεῖν σὺν. ibidem.

Quædam verba exigunt dativum:

Ἀγρυπνέω *invigilo*; ut τοῖς καιροῖς ἀγρυπνῶ. Lucian.
Ἀηδίζομαι *tædio afficior*; ut ἀηδίζομαι τῷ ξένῳ. Alex. Aphrod.
Ἀντέχω *ſuſtineo*; ut ἀντέχειν τῷ πόνῳ. Herodian.

Ἀτενίζω *intente aſpicio*; ut τί ἡμῖν ἀτενίζετε, Act. 3. 12. ἐπέχω idem; ut ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, Act. 3. 5.

Δοκέω *videor*; ut τί ὑμῖν δοκεῖ, Matth. 18. 12.

Δολόω *inſidior*; ut δολῶσαι γάμοις. Steph.

Ἐγχειρέω *aggredior*; ut ἐγχειρεῖν ἔργῳ. idem.

Ἐπιπολάζω *in ſummitate feror*; ut ἐπιπολάζω τοῖς στοιχείοις. Ariſtot.

Προσέχω *auſculto*; ut προσέχειν τοῖς λαλουμένοις, Act. 16. 14.

Πτύω *conſpuo*; ut πτύσαι τῷ προσώπῳ. Sophocl.

Accuſativus cum Dativo.

Verba *dandi*, *dicendi*, *monſtrandi*, *comparandi*, *conjungendi*, *paciſcendi*, *machinandi*, regunt accuſativum ſubſtantivi propioris cum dativo remotioris; ut μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ, Epheſ. 4. 27. μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, Matth. 17. 9. ὁδὸν δείκνυμι ὑμῖν, 1 Cor. 12. 31. ἐν ἑνὶ παραβαλεῖν. Lucian. Πομπηΐῳ ἐζεύγνυ τὴν θυγατέρα. Appian. σπένδομαί σοι εἰρήνην. Demoſt. γυναικὶ θάνατον ἐμηχανᾶτο. Herodian.

Ad verba *dandi* ſpectant verba *accommodandi*, *fœnerandi*, *ſolvendi*, *parandi*, *ferendi*, *ponendi*, *ſacrificandi*, *propitiandi*, *mittendi*, *permittendi*, *committendi*; ut χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, Luc. 11. 5. δανείζεσθαι ἀργύριόν τινι. Demoſth. τίνειν αὐτοῖς μισθόν. Xenoph. ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαόν, Luc. 1. 17. φέρετέ μοι αὐτόν, Matth. 17. 17. τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, Rom. 14. 13. θύειν εὐαγγέλια τῇ θεῷ. Ariſtoph. ἡμῖν ἑκάεργον ἱλάσσεαι. Il. α'. ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, 1 Cor. 4. 17. Θεῷ τὴν κρίσιν ἐπιτρέπω. Herodian. οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, Joh. 2. 24.

Ad verba *dicendi*, verba *affirmandi*, *negandi*, *objiciendi*, *colloquendi*, *reſpondendi*, *teſtificandi*, *ſuffragandi*, *mentiendi*, *nuntiandi*, *mandandi*, *conſulendi*, *minandi*, *imprecandi*, *confitendi*, *promittendi*; ut ἀληθεύω σοι τοῦτο. Xenoph. τῷ δ' ἕτερον ἀνένευσε. Il. π'. μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε. Il. γ'. μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός. Il. λ'. ἀπόκειταί μοι τοῦτο. Lucian. μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα, Apocal. 22, 16. ψηφίζομαί σοι τὴν ἐξουσίαν. Herodian. ψεύδομαί σοι τοῦτο. Demoſth. κηρύξαι τοῖς αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, Luc. 4. 18. ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, Joh. 15. 17. βουλεύειν τῇ πόλει τὰ ἄριστα. Thucyd. (ſic ἔκρινα ἐμαυτῷ τοῦτο, 2 Cor. 2. 1.) ἀπειλέω σοι θάνατον. Herodot. ἀρᾶσθαι ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ γένει, καὶ οἰκίᾳ. Dem. ὁμολογῶ τοῦτό σοι, Act. 24. 14. ὑπισχνεῖσθαί τινι εὐδαιμονίαν. Iſocr.

Ad verba *comparandi*, verba *æquandi*, *aſſimilandi*, *opponendi*; ut ὁ σίδηρος ἂν ἴσοι τοὺς ἀσθενεῖς τοῖς ἰσχυροῖς. Xenoph. τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, Marc. 4, 30. ἀντεισφέρειν τῷ θελήματι θέλημα. Nazianz.

Ad verba *conjungendi*, verba *aptandi*, *miſcendi*, *reconciliandi*; ut τοὺς νόμους ἁρμόζεται τοῖς πολίταις. Plutarch. κεράσαι οἴνῳ τὴν πηγήν. Idem. διαλλάττειν τὴν πόλιν τῷ βασιλεῖ. Thucyd.

Verba *jurandi* regunt dativum perſonæ *cui*, & accuſativum rei vel perſonæ *per quam* juratur; ut ὄμνυμί σοι τὸν κύνα. Lucian. His adde

Ἀπαγορεύω *veto*; ut ἀπαγορεύω σοι φόνον. Iſocrat.

Ἐγγυάω *ſpondeo*; ut ἐγγυῶ παῖδα σοι. Herodot.

Ἐκπολεμόω *inimicum reddo*; ut τοὺς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι τῷ Φιλίππῳ. Demoſt.

Τιμωρῶ *ulciſcor* ſive *vindico*; ut τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τὸν φόνον. Plato.

Σύνοιδα *conſcius ſum*; ut οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, 1 Cor. 4. 4.

Συγγινώσκω *idem*; ut συνεγίνωσκεν ἑαυτῷ κακά. Gregor.

Sic χάριν σοι οἶδα. Lucian. ἔγνων. idem. ἔχω. Xenoph. ὀφείλω. idem. ἐκτίνω. Plato. κατατίθημι. Demoſt. φέρω. Eurip. ἵστημι. Iſocr. ἀπομνάομαι Heſiod. cum multis aliis quæ ſignificant *gratiam tibi habeo*, *ago*, *refero*.

Denique omnia verba cujuſcunque generis adſciſcunt dativum *rei* vel *perſonæ* cui aliquid acquiritur vel attribuitur cum vel ſine alio caſu; ut γράφω ὑμῖν, 1 Joh. 2.12. & ἐντολὴν γράφω σοι, 2 Joh. v. 5. ἐμοὶ ἐποιήσατε, Matth. 25.40. & δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσι, Marc. 6. 21. Φιλίππῳ ζῶν καὶ οὐ τῇ πατρίδι. Demoſt. μὴ ζηλοῖς σύ μοι, Num. 11.28. τῷ θεῷ, Num. 25.13. διέστειλας αὐτοὺς σεαυτῷ, 1 Reg. 8. 53. φοβοῦμαί σοι *metuo tibi*, &c. Legitur geminus dativus ἐξελέξατο ἡμῖν κληρονομίαν ἑαυτῷ, Pſalmo. 47. v. 4.

Genitivus & Dativus.

Verba cedendi exigunt Dativum perſonæ cum Genitivo rei; ut εἴκω γέρουσιν ἕδρης. Steph. Sic

Ἄρχω *initium ſum*; ut ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι κακῶν ἄρξει. Thucyd.

ὑπάρχω, idem; ut ὑπῆρξαν τῆς ἐλευθερίας τῇ Ἑλλάδι. Andocid.

Δικάζομαι *in jus voco*; ut δικάζομαι τῇ ψυχῇ τῆς κακώσεως. Plutarch.

VARII CASUS poſt Verbum.

Genitivus vel Accuſativus.

Verba *ſenſuum*, *auditus*, *olfactus*, *guſtus* gentivo gaudent, interdum & accuſativo rei; ut αἰσθάνομαι ψόφου. Ariſtoph. ᾔσθετο τὸ πρᾶγμα. Dem. ἤκουσα φωνῆς, Act. 22. 7. ἤκουσα φωνήν, Act. 26. 14. ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου. Epigr. ὀσφραίνεται κρέας. Ariſtoph. (ſic ὄζω μύρου & μύρον. Ariſtoph.) ἰχθύων μὴ γεύεσθαι. Proverb. θανάτου, Matth. 16. 28. ἐγεύσατο τὸ ὕδωρ, Joh. 2. 9.

Genitivo etiam perſonæ; ut οὐκ αἰσθάνῃ σαυτοῦ. Xenoph. ἀκούετέ μου πάντες, Marc. 7. 14. &c.

Similes caſus amant προνοέομαι *provideo*, πυνθάνομαι *ſciſcitor*, *audio*, συνίημι *intelligo*; ut προνοοῦμαί σου. Thucyd. τῆς οὐσίας. idem. προνοούμενοι καλά. Rom. 12. πυθέσθαι τῆς πύλου. Thucyd. πατρός. Æſchin. τὸ πεπραγμένον. Plutar. συνίησι τοῦ χρησμοῦ. Pauſan. τοῦ δ' ἀγορεύοντος ξυνίετο. Od. δ. συνιέναι τὰς γραφάς. Luc. 24. 45. Ἐνωτίζομαι *audio* exigit accuſativum; ut ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματα. Act. 2. 14. rariùs genit. ut ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου. Pſ. 39. 12.

Raro hæc junguntur accuſativo perſonæ; ut ἤσθετό με. Ariſtoph. πυνθάνομαί σε. Plato.

Verba *tactus* ut plurimum exigunt genitivum rei vel perſonæ; ut ἥψατο τοῦ ἱματίου. Marc. 5. 27. γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. 1 Cor. 7. 1. rariùs accuſativum; ut καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα. Il. ό. Sed ἀφάω, ψηλαφάω frequentiùs accuſativum: ut τόξ' ἀφάειν. Il. ζ'. ψηλαφήσατέ με. Luc. 24. 39.

Cum ſignificatur *pars* ponitur uſitatiſſimè in genitivo poſt verba connotantia *guſtum* vel *tactum*; ut πίω τῆς ἀθανασίας. Lucian. φάγω ἐχίδνης. idem. λαγοῦ ἔφαγες. Proverb. vel πάσασθαι. Od. ά. ἐπιῤῥοφεῖν τοῦ ὕδατος. Plutar. ſic ἐνεφοροῦντο τῶν κρεῶν. Heliod. δρέπομαι ἀνθῶν. Lucian.

Audiendi verba ſimul regunt genitivum perſonæ & accuſativum rei; ut τοῦτο πολλῶν ἀκούω. Xenoph. ſic βραχέα σου πυθέσθαι βούλομαι. Ariſtoph. μάθε μου τάδε. Xenoph.

I nominum in ίων-ωνος, præcedente brevi corripitur; ut Κρονίων Κρονίωνος: Reliqua ferè in ίων ſervant quantitatem recti in obliquis:

quis; ut Κρονίων, Κρονίονος· Ὠρίων, Ὠρίωνος, antepenultimâ longâ.

Pauca in obliquis brevem habent, quæ in recto longa eſt: ut Ἀμφικτίων, Περικτίων-ίονος.

Υρ longum in recto, corripitur in obliquo: ut πῦρ, πυρός· ψίθυρ, μάρτυρ-υρος.

Incrementum Verborum.

Quantitas penultimæ manet in præſenti & imperfecto per omnes voces & modos: ut κρίνω, ἔκρινον, κρίνομαι, ἐκρινόμην.

Quantitas Indicativi ſervatur in ſimilibus temporibus aliorum modorum; uti & in participiis; ut κρίνω, κρῖνε, κρίνων.

Manet itidem quantitas in temporibus cognatis ejuſdem & alterius vocis; ut ἔτυπον, τυπῶ, ἐτύπην, τυπήσομαι, ἐτυπόμην, τυποῦμαι, τέτυπα, ἐτετύπειν.

Penultima Indefiniti primi longa eſt in conjugatione quartâ: ut ἔκριναν μέγα νεῖκος. Od. σ'. v. 263. Sed in tertiâ conjugatione, penultima tam futuri quàm indefiniti primi frequentiùs brevis: ut ἣν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει. Phocyl. αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι. Il. ό. v. 234. ἔριν ἤρισε. Theocr. Idyl. 5. Ἔκλυσε δ' ἶνα idem. Idyl. 1. In verbis autem, quorum thema exit in ω purum, α penultima poſt ρ vel vocalem commune eſt: ι, υ, poſt quamcumque literam ſæpiùs longæ: ut Ζεὺς εἴασε Κρονίων. Od. ι. 273. εἴασεν Ἕκτωρ. Il. κ'. v. 299. ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ. Od. κ'. v. 450. τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. Il. ά. v. 29.

In voce activa, penultima Indefiniti ſecundi corripitur: ut ἔταγον, ἔλιπον, ἔτυπον. Penultima etiam Fut. 1. quartæ conjugationis: ut ψαλῶ, κρινῶ.

Penultima perfecti activi aut medii plerumque brevis: ut τέτυφα, τέτυπα· Niſi quod anceps thematis, trium priorum conjugationum, uſu longa vel communis quantitatem retinet: ut βέβριθεν ἀλωά. Theocrit. Idyl. ί. v. 46. δένδρεα μακρὰ πεφύκει. Od. έ. v. 238.

Penultima tertii pluralis in ασι longa eſt; ut Μυρίαι ἑστήκασι. Il. δ'. v. 434. ἄνδρες ἔασι. Il. β'. v. 131.

Propria reduplicatio verborum, niſi obſtet poſitio, brevis eſt; Ζεὺς ἐπὶ ἔργα τίθησι. Od. θ'. v. 245. τὸν Ἔρωτα διδάσκε. Bion. Idyl. 3. v. 4. Πιφαύσκω primam habet communem, γιγνώσκω ſæpiùs productam: ut ἀλλήλοισι πίφαυσκον. Il. κ'. v. 202. ὥς νῶϊν πίφαυσκε Δόλων. Ibid. 478. ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς. Il. έ. v. 128. Sed νοήματα σεῖο γιγνώσκω. Nazianz. Impropria communis eſt; ut ἀλλὰ κακῶς ἀφίει. Il. ά. v. 25. βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς Ibid. v. 51.

A characteriſtica primæ conjugationis ubique corripitur in duali

& plurali, & in ſingulari imperativi, vocis activæ, & in toto paſſivo & medio tam ſingulari quàm plurali: ut ἵστατον ἀχνυμένῳ κῆρ. Il. ψ'. v. 248. τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρί. Il. σ'. v. 346. Ἵλαθι νῦν φίλ' Ἄδωνι. Theocrit. Idyl. 15. v. 143. ἵσταμαι ὅπποτε νεῖκος. Il. ν'. v. 171. &c.

Υ Quartæ Conjugationis in Indicativo ſingulari activæ vocis producitur: ut φύσις δείκνυσιν ἕκαστα. Pythag. v. 64. Sed in duali & plurali Indicativi, & in Imperativo & Infinitivo ejuſdem vocis, & in toto paſſivo & medio corripitur: ut βόας ἡμιόνους τε ζεύγνυσαν αἶψα. Il. ώ. v. 785. δαίνυται εὔφρων. Il. ό. v. 99. Diſſyllaba vocis activæ ubique producunt υ: ut γαῖαν ἐδύτην. Il. ζ'. v. 19. αὐτίκ' ἔδυσαν. Il. σ'. v. 145. κλῦθί μευ ἀργυρότοξε. Il. ά. v. 37.

Anceps immutabilis ubique producitur quando mutabilis in ſuam longam vertitur: Nam ἄϊον ab ἀΐω, ἴαλλον ab ἰάλλω, ὑλάκτεον ab ὑλακτέω, utì ἤκυον ab ἀκύω, ἤρειπον ab ἐρείπω, ὤρυττον ab ὀρύττω, producit primam: ζεύγνυμι-υσι, quia τίθημι-ησι, penultimam producit. Huc refer ἀδηκὼς, primâ longâ.

Derivativa eandem cum primitivis quantitatem plerumque ſortiuntur: ut νικάω *vinco*, νίκη *victoria*, primâ longâ, κορὰ, κοράσιον, producta α: δίκη, δίκαιος, primâ brevi, ſed μανικὸς à μανία *furor*, πρᾶγος *negotium* ab ἔπραγον, producunt α, νιφόεις *nivoſus* & νιφὰς *nix* à νίφω, πνιγόεις à πνῖγος *ſuffocatio* corripiunt ι. Similiter quæ profluunt ab incrementis vocum: ut θωράκιον à θώραξ-ακος, ῥαγίζω à ῥάξ ῥαγὸς producunt α.

Compoſita ſimplicium quantitatem ferè ſequuntur: ut τιμὴ, ἄτιμος, ἀτιμάω. Eſt etiam ubi quantitatem eandem non habent: ut θεοῦ ἀτιμήσας ἑορτήν. Dionyſ. v. 1158. Πᾶν initiale in compoſitis corripitur, πανάποτμος, πανάχαιοι, &c. ut εἰμὶ δ' ἐγὼ πανάποτμος —— Bion. Epitaph. Adon. v. 56. —— ἀριστῆας παναχαιῶν. Il. β'. v. 404. τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον —— Il. ύ. v. 156. —— πρόπαν ἦμαρ —— Il. ά. v. 601. —— πάμπαν ἀμυνέειν. Il. ί. v. 435. In fine alicubi legitur productum; ut ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον. Theocrit. Idyl. 22. v. 86. ὗς, σῦς in compoſitione corripiuntur; ut ὑφορβὸς, συβώτης *ſubulcus*: ſic ἄσπιλος *immaculatus* corripit ι, à σπῖλος. Derivativa & compoſita in αης ab ἄω *ſpiro* producunt α, ut ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ——&c. Od. έ. v. 368. —— ζέφυρός τε δυσαής. Od. έ. v. 295.

In compoſitione anceps immediatè præfixa poſteriori membro compoſiti corripitur, tàm in hiſce particulis α, δι, δυς, ἀει, ἐρι, ζα, quàm in fine aliarum vocum quæ præfiguntur: ἄφατος, ἀντιπάτης *obli-pes*, καλλιπάρῃος *formoſas habens genas*, τανύπεπλος *veſte longâ indutus*. α longam habent, ἄληκτος *indeſinens*, ἄλοφος *criſtam non habens*, ζάλευκος *valde albus*: communem ἀαγής.

Poetæ nonnunquam haſce de ancipitum quantitate negligunt regulas tum in ultimis tum in prioribus ſyllabis dictionum.

Ultimas enim breves interdum producunt: ut ὦ πύκτα Πολύδευκες —— Theocrit. Idyl. 22. v. 131. Αἶαν Ἰδομενεῦ τε —— Il. ψ'. v. 493. —βασιλῆα μέγαν Ἀσκληπιὸν —— Orph. hymn. in Æſculapium — δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο. Il. ξ'. v. 503. κωρυκιῶτα μάκαρ ἐριούνιε —— Orph. hymn. in Mercur. v. 8. μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος —— Il. φ'. v. 340. Longas corripiunt: ut αὐτ' ἄγαν εὐδαίμων —— Theogn. δῆσας ἀλυκτοπέδῃσι —— Heſiod. —— καὶ χώραν ἀμείβει. Phocyl. 45.

Priores itidem breves quandoque extendunt: ut —— χεύατο καὶ ἐγκλίνουσι. Oppian. l. 2. v. 95. εὗρον ἀέναον κρήνην —— Theocrit. Idyl. 22. v. 37. —— εἰν ἀνύδρῳ προβατικῇ. Nonn. Joan. c. 6. Πύθιον καλέουσι —— Hom. hymn. in Apoll. v. 373. —— καὶ νῶτα κεκυφότα τείρετο Σίμων. Nonn. Joann. c. 21. ὄρνιθες τε κεκρήγασι —— Epigram. l. 7. Longas corripiunt: ut θυνόμενος ἢ δίναις —— Orph. Arg. v. 1031. ἀλλὰ μάκαρ θυμὸν ἔμβαλε —— Orph. hymn. in Jovem Fulminant —— χόνις ἐστὶν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται. Phocyl. v. 103. ὄρνισι μὲν πολλῶν ταχυπτῆτ' —— Idem. 118.

Accentus.

Dictiones ſingulæ ſive ſimplices ſive compoſitæ unicum tantùm habent accentum, à quo dicuntur ἔντονοι: quædam tamen accentum quandoque exeunt, dictæ ἐγκλιτικαί: pauculæ carent, ἄτονοι.

Accentu carent ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, οὐ, οὐκ, οὐχ, εἰ, ὡς, ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ.

Acuuntur articuli ὃ pro ὃς, ὅστις, vel τοῦτο· ἣ, οἳ, αἳ pro αὕτη, οὗτοι, αὗται· abſque ſubſtantivo poſiti, nec ſequente μὲν vel δὲ: ut * ἠπείλησεν μῦθον ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί. Il. α'. v. 389. αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίηνδε. Il. ζ. v. 171. ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. Il. ψ'. v. 9. ὡς ἡ πορφυρέῃ —— Δύσατο. Il. ρ'. v. 551. οἱ δὴ νῦν

* *Encliticarum regulis apponuntur exempla ex SS.* Bibliis: *Editionis regiæ* Plantin. † *ex tribus editionibus* Rob. Steph. *anno* 1550. *folio.* 1549. & 1568. *in duodecimo.* † Henr. Steph. 1569. *fol.* † Bezæ *per* Hen. Steph. 1582. † *Bibl. Græc.* Francofurti 1597. *fol.* & Baſileæ 1545. *fol.* † *Bibl. Græcolat. per* Morinum Lutetiæ 1628. *fol.* Homeri *exempla ex* Euſtathio *Romæ.* 1542. † *Et per* Froben. Baſileæ 1560. † *Ex* Didymo Baſileæ 1535. *Ex* Spondano Baſileæ 1606. † *Ex editione* Henr. Steph. 1566. *fol.* † Lectii, Aureliæ, Allobrogum 1606. Theocriti *ex editione* Henr. Steph. 1566. *fol.* & 1579. *in duodecimo.* † Wintertoni *Cantabrigiæ* 1635. Heſiodi *ex editione* Henr. Steph. *fol.* 1566. † Heinſii 1603. † Wintertoni *Cantabrigiæ* 1635.

ἕαται. Il. γ'. v. 134. αἳ γάρ τε βοῶν προφερέσταταί εἰσι. Il κ'. v. 353. ἣ δ' ὁ μὲν ὣς κατὰ ἄστυ μένη. Theocrit. Idyll. 25. v. 45. ἣ μὲν ἑὸν φίλον υἱὸν ὑπεξέφερεν. Il. ε'. v. 318. οἱ μὲν ἐκήρυσσον. Il. β'. v. 52. αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται. Il. ζ'. v. 90. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. Marc. 12. 15. ἣ δὲ γνὺξ ἐριποῦσα. Il. ε'. v. 357. οἱ δὲ εἶπον. Luc. 9. 13. αἱ δέ τε ἔνθα. Il. β' v. 90.

Οὐ, οὐκ acuuntur ante quodvis punctum; ut ἔξεστι κῆνσον δοῦναι ἢ οὔ. Marc. 12. 14. ὁ δὲ ἔφη, οὔ. Matth. 13. 29. οὐκ· ἀλλ' Αἴγωνος. Theocrit. Idyll. 4. v. 2.

Ὡς *ſic*, ubique acuitur; ut ὣς ἔφατ'. Il. α'. v. 33. ἀλλ' οὐδ' ὥς. Od. α'. v. 6. *ſicut*, quando in conſtructione poſtponitur: ut κύνες ὥς ἀμφὶ λέοντα. Il. ε'. v. 476. *quodammodo*, poſt καὶ: ut ἔστι μὲν ὥς. Ariſtot.

Ἐξ, ſi poſtponitur caſui, interdum acuitur; ut οὐ δὲ κακῶν ἔξ. Il. ξ'. v. 472. & Theocrit. Idyll. 25. v. 38. Apud Spondanum tamen & Wintertonum tono orbatur.

Omnes hæ voces ἄτονοι per compoſitionem auctæ accentum in ſe poſſunt recipere: ut νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται. Luc. 16. 25. ἥδε δέ οἱ, &c. Il. β'. v. 5. οἵδε. Il. α'. v. 302. αἵδε. Od. τ'. v. 373. ſic οὔκουν, εἴθε, ἔνθα, &c. hujuſmodi.

Encliticæ.

Τὶς indefinitum per omnes caſus.

Pronomina μοῦ, μοὶ, μὲ· σοῦ, σοὶ, σέ· οὗ, οἷ, ἕ· σφωὲ, σφὲ, σφίσι, σφᾶς. & σφῶ* *illi*, *illos*, &c.

Verbum φημὶ in omnibus perſonis præſentis Indicativi exceptâ 2ª. ſingulari. ſimiliter εἰμὶ 1ª. & 3ª. ſingularibus & 3ª. plurali: Sed † εἶ & εἷς 2ª. ſingularis & ἐστὸν 2ª. & 3ª. dualis vix unquam: ‖ ἐσμὲν, ἐστὲ ſæpius inclinant.

Particulæ Indefinitæ ποτὲ, ποθὶ, πῆ, ποῖ, ποῦ, πῶς. Item γὲ, τὲ, κὲ, κὲν, νυ, νυν, πὲρ, πὼ, ῥὰ, τοι, & plerumque θὴν †.

* σφῶ *illi*, εἰ μὴ σφω διέκριναν. Il. ρ'. v. 531. *vos*, εἰ δὴ σφῶ ἐριδαίνετον Il. α'. v. 574. † Εἶ *inclinat*. Franklin. cap. 8. ἐστὶν *ſemel in* Homero *inclinat* φίλτατοί ἐστον. Il. ι'. *v.* 198. *idque editione tantum* Spondani, Lectii, *&* Hen. Stephani, *&* Criſpini: *ſed in editione* Didymi, Euſtathii, *&c. ſervat.* ‖ Ἐσμὲν, ἐστὲ *in ſequentibus locis* Homeri *non inclinat*: ὁμήλικές ἐσμεν. Od. ο'. *v.* 196. νῦν θεοὶ ἐστὲ. Il. π'. *v.* 422. σχέτλιοι ἐστὲ θεοί. Il. ω'. *v.* 33. *&* Od. ε'. *v.* 118. † Θὴν *in* Homeri *editionibus ſexies inclinat.* Il. θ'. *v.* 448. κ'. 104. ν'. 620. π'. 852. φ'. 568. Od. ε'. *v.* 211. *ter non inclinat*, οὐ θὴν μιν. Il. β'. *v.* 276. Πηλεὺς θήν μοι. Il. ι'. *v.* 394. ὦ φίλ' ἐπεὶ θήν μοι. Od. π'. *v.* 92. *non inclinat itidem in* Theocrit. Idylliis ὔμμες θὴν. Id. 5. *v.* 111. τὺ θὴν. Id. 7. *v.* 83. αἶνος θὴν. Id. 14. *v.* 43.

Encliticæ dictiones inclinant vel amittunt Accentum.

Inclinant, id eſt transferunt Accentum ſemper acutum, vel ſuum vel pro ſuo, in dictionis præcedentis finalem ſyllabam: idque fit, cùm præcedens dictio habeat.

1°. Acutum in antepenultimâ; ut ἄνθρωπός τις. Luc. 16. 1. ὅμοιός ἐστι. Matth. 13. 52.

2°. Circumflexum in penultimâ, ultimâ exiſtente brevi; ut τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Matth. 26. 26.

3°. Acutum in penultimâ, quæ cum ultimâ eſt pes trochaicus, ut οὔτέ τι τῆνος ἐμὶν ἐπεμέμψατο, μέσφα τοι ἐχθές. Theocrit. Idyl. 2, v. 144. οὔτέ ποτε προτρέποντο. Il. ε. v. 700. & οὔτέ ποτ' ἀντεφέροντο. v. 701. αἴκέ ποθι. Il. α. v. 128. Sed εἰμὶ & φημί poſt voces hujuſmodi paroxytonas non inclinant.

4°. Cùm præceſſerit Enclitica nudata ſuo accentu, ut καθώς φασί τινες. Rom. 3. 8. ἆρά γέ πα. Theocrit. Idyll. 7. v. 149.

Amittunt accentum, quando præcedens dictio tonum habet in ultima, ut ὁ παῖς μου. Matth. 12. 18. ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι. Matth. 5. 37. Vertunt autem gravem in acutum; ut Θεέ μου Θεέ μου. Matth. 27. 46. Θεοί ἐστε. Joan. 10. 34.

Encliticæ monoſyllabæ amittunt accentum poſt paroxytonas non trochaicas, ut ἡ μήτηρ μου. Matth. 12. 48. τὸ στόμα μου. Matth. 13. 35. ἡ θυγάτηρ μου. Matth. 9. 18. vel poſt circumflexum in penultima, quando ultima ſolâ poſitione longa eſt; ut χοῖνιξ μου. Diſſyllabæ verò non amittunt, ut σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. Rom. 11. 14. πόθεν ἐστί. Joan. 2. 9. σαόφρων ἐστί. Od. δ'. v. 148. χωρὶς νόμου ποτέ. Rom. 7. 9.

Verbum ἐστι retrahit accentum in penultimam, quando eſt initium orationis, vel immediatè ſequitur quodvis punctum, vel etiam particulas καὶ, οὐκ, εἰ, & voces quaſdam apoſtrophum paſſas τοῦτ', ἀλλ'; ut ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν. 1 Cor. 15. 34. ὁ ἀγρός, ἔστιν ὁ κόσμος. Matth. 13. 38. οὐκ ἔστι μαθητής. Matth. 10. 24. εἰ ἔστι λόγος. Act. 13. 15. τοῦτ' ἔστι. Marc. 7. 2. ἀλλ' ἔστι. Joan. 7. 28. Item propter emphaſin apud Ariſtotelem, ut ἐνεργεία μὲν οὐκ ἔστι, δυνάμει δ' ἔστι. Metaphyſ. l. 2. c. 10.

Addunt Grammatici, ὡς ἔστι.

Reliquæ omnes encliticæ ſervant accentum poſt quodvis punctum vel notam diſtinctionis; ut τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν. Philip. 1. 15. τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι. Marc. 5. 41. (λέγει τῷ παραλυτικῷ) σοὶ λέγω. Marc. 2. 10. 2°. Propter emphaſin ἡ ῥίζα σέ. Roman. 11. 18. δώσω σοί. Marc. 6. 22. 23. 3°. Propter diſtinctionem, ut οἱ ποτὲ ὄντες μακράν. Epheſ. 2. 13. ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας. Luc. 14. 9.

Pronomina poſt Præpoſitiones, & ἢ *vel*, ut plurimùm non inclinant, ut ἐκ σοῦ. Matth. 2. 6. ἐπὶ σοῦ. Act. 24. 19. Ἦ σέ γε Μοῦσα ἐδίδαξε Διὸς παῖς ἢ σέ γ' Ἀπόλλων. Od. θ. v.488.

Πρὸς ante pronomen encliticum in N. T. ſemper acuto notatur. ut πρός με. Matth. 3. 14. πρός τινα. Act.12. 12. &c. Sic πρός μιν, Theocrit. Idyll. 25.v.60. πρός με ποῦ που. Steph. t.3. col. 673. Ἐπὶ ſemper ante σε· Act.13.11.& 22.19.&c. Sic τὰ μὴ ἐπί σοι θέλεις ἐπί σοι εἶναι. Epictet. c.19.

Ἀμφὶ ante ἑ apud Homerum ſemper. Il. δ'. v. 497. Il. ό. v. 241. & 514. item Moſch. in Europ. v. 130. ſic ἀμφί μιν. Idem. v.118.

Legitur & ἀμφὶ σοι Duport. Cantic. cap. 1. v. 11. Μετά σε Cant. cap. 6. v. 1. μετὰ σε ibid. cap.1.v.4. Poſt Præpoſitiones à verbo divulſas, tum pronomina, tum aliæ encliticæ accentum non ſervant; ut ἔκ τοι ἐρέω. Il. ά. v. 203. τοῦ ἀπό σοι ἔθηκα. Cant. c. 7.v. 13. ἔκ τ' ὀνόμαζε. Il. ά. v.371.

Hæ ſunt regulæ de encliticis certæ & melioris notæ, ſtudioſorum fide & memoriâ digniſſimæ: à quibus tamen non raro diſſident emendatiſſimi codices; incertum, an propter ſitum & collocationem hujuſmodi.

Τὶς indefinitum ſæpè ſervat accentum ſuum cùm præponitur verbo ex quo pendet, ut οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι. Matth. 15. 32. ἵνα τὶς γνῷ. Marc. 9. 30. οὐ τί ἐγὼ θέλω ἀλλὰ τί σύ. Marc. 14. 36. οὐχ ἑτέρως τὶς ἐρεῖ. Theocrit. Epigra. 10. v. 3. εἰ πόκε τὶς χειρός μιν ἀνειρύσῃ. Moſch. in Megar. v. 116.

Verbum εἰμὶ poſt οὐκ in N. T. ſervat acutum in ultimâ per omnes perſonas (exceptâ tertiâ ſingulari,) ut οὐκ εἰμὶ ἱκανός. Matth.3.v.11. οὐκ ἐσμὲν. Rom.6. 15. οὐκ ἐστὲ. Joan. 15. 19. ὅτι οὐκ εἰσί. Matth. 2. 18.

Plures ubi concurrunt Encliticæ dicuntur Synencliticæ.

Ex Synencliticis ſi præcedens exuerit in ultimâ circumflexum, aut in penultimâ acutum, ſequens non inclinat, ut ἦ ῥά τι οἵ χ' ἡμεῖς. Il. ς'. v. 238. malè itaque in Bibliis græcolat. legitur μάρτυς γάρ μού ἐστι. Rom. 1.9.

Τὶ inclinans accentum ſæpe non recipit à ſequente encliticâ, ut οὐδέ τι πω. Il. ά. v. 108. & 124. οὐδέ τί μιν ibidem. v. 332. οὔτι μοι ibidem. v. 335. νύ τις ἐστί. Il. έ. v. 191. & Heſiod. ἔργ. l. 2. verſu ultimo.

In priorem monoſyllabam acutitonam accentu orbatam quandoque poſterior diſſyllaba non inclinat, præcipuè poſt pronomen; ut καλόν σοι ἐστί. Matth. 18. 9. ἰσχυρότερός μού ἐστι. Matth. 13. 11. μαθηταί μού ἐστέ. Joan. 8. 31. σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστί. Act. 9. 15. μάρτυς γάρ μου ἐστί. Rom. 1. 9. κασίγνητος δέ τοι εἰμί. Il. ή. v. 48. οὔ σέ γε φημί. Theocrit. Idyl. 25. v. 38. ἔχθιστος δέ μοι ἐσσί. Il. ά. v. 176. μάλα πού σφίσι. Od. ζ'. v. 155. τά οἱ ποτὲ πατρί, &c. Il. δ'. v. 219.

Plures ſynencliticæ alternis ſæpiſſimè acuuntur & amittunt accentum, ut οὐ γάρ πω τινά φημι. Od. δ'. v. 141. ἤκεν τίς μοι ἐείσατο. Od. δ'. v. 80. λαληθήσεταί σοι τι σε δεῖ ποιεῖν. Act. 9. 6. & 10. 6.

Interdum poſteriori loco poſitæ duæ vel tres tono carent; ut εἴ ποτέ τοι τι. Od. δ'. v. 328. ἦ θήν πού τοι. Il. ν'. v. 813.

Occurrunt & aliæ ſervantes tonum ubi nulla prorſus veriſimilis ratio ſubeſſe videatur; ut ὅσσα ἐν οὐρανῷ εἰσί. Theocrit. Idyl. 25. v. 90. ἐπ' ἐσχατιῇ τινὸς ἀγροῦ. Moſch. in Megar. v. 97. πῶς δὴ φής. Il. δ'. v. 351. Ζεύς εἰμι. Moſch. in Europa. v. 151. εἰ μὴ σφᾶς ἄναπτω. Theocrit. Idyl. 16. v. 57. ὅτι ῥα. Il. ά. 156. ἤλυθε γὰρ στείχων τις ἀπ' Ἄργεος. Theocrit. Idyl. 25. v. 164.

Denique innumera pænè depromi poſſunt exempla à regulis multùm diſcrepantia, quæ exiſtimantur ab incuriâ potiùs typothetarum quàm authorum induſtriâ prodiiſſe in lucem. Proinde admonendi ſunt lectores, ut grammaticorum præceptis conſtanter adhæreant, nec à prælorum dubiâ fide, aut potiùs ſphalmatis in errorem ſe duci patiantur. Variis enim modis tum in iiſdem tum in diverſis exemplaribus tonum retinent, inclinant, amittunt; ἀπό σου. Matth. 12. 38. in editione: Bibl. Reg. Bibl. Græc. Bibl. Græcolat. Bezæ. Verùm ἀπὸ σοῦ in utroque Steph. Enclitica σοῦ in eodem contextu Apocal. 18. 14. bis poſita ſecundum diverſas editiones ſic variatur; ἀπό σου & ἀπὸ σοῦ inclinat & retinet in edit. Bezæ, Bibl. Græc.—Francofurt. Utroque loco inclinat in Bibl. Reg. Servat in utroque apud Steph. Bibl.—Græc. Baſil, Bibl. Græco-Lat. Sic ἦ ῥα νύ μοι τι. Il. δ'. v. 93. ἦ ῥα νύ μοί τι. Il. ή. v. 48. Euſtath. ἦ ῥα νύ μοὶ τι. Il. δ'. v. 93. ἦ ῥα νύ μοι τι. Il. ή. v. 48. Didym. ἦ ῥα νύ μοι τι. Il. δ'. v. 93. ἦ ῥα νύ μοι τὶ. Il. ή. v. 48. editione Lectii. ἦ ῥα νύ μοί τι. Il. δ'. v. 93. ἦ ῥα νύ μοι τι. Il. ή. v. 48. editione Spondani. ἦ ῥα νὺ μοί τι. Il. δ'. v. 93. ἦ ῥα νὺ μοι τὶ. Il. ή. 48. Hen. Steph.

Regulæ accentuum in dictionibus ἐντόνοις.

1°. Generales; quæ reſpiciunt ſimul plures dictionum ſpecies, vel dictionis ejuſdem plures variationes.

2°. Speciales; quæ de ſingulis ſeparatim traduntur ſpeciebus dictionum pro varietate primæ terminationis.

Generales regulæ.

Reg. 1ª. Accentus Acutus & Circumflexus occupant priorem ſyllabam.

Circumflexus notat ſyllabam longam naturâ vel uſu: antepenultimam nunquam: nec penultimam, quando ultima eſt naturâ vel uſu longa.

Acutus quartam à fine ſyllabam non afficit. In hyperdiſſyllabis antepenultimam occupat, quoties ultima eſt brevis; penultimam, quoties ultima longa eſt; ut ἄνθρωπος ἀνθρώπου· τύπτεμαι ἐτυπτόμην. Super ultimam non pingitur; ſemper tamen in interrogativo τίς, vel ante encliticas, vel punctum diſtinctionis: aliàs ubique tam in orationis contextu, quam ſeorſim poſita dictio, ſi tonum habuerit in fine, nec circumflexum, gravi notatur; quæ tamen ſyllaba dicitur acui, utì & dictio acutitona.

Aι & οι finales, ratione accentûs, pro brevibus habentur; ut ἄνθρωποι, εὖνοι, τύπτομαι· præter αι & οι in Optativis; ut τύψαι, τύπτοι· in ſyllabis contractis; ut εὖνοι, λεχοῖ· aliiſque circumflexis; ut παῦς· Itèm in adverbiis; ut οἴκοι.

Excipiuntur à generali regula plurimæ dictiones ſimplices & poſitæ, quarum varietas pene infinita regulis comprehendi vix poteſt: de quibus tamen aliquid infrà admonebitur.

Reg. 2ª. Longa naturâ vel uſu ante finalem naturâ brevem, ſi tonum habuerit, circumflectitur; ut σῶμα, εἶμι· Ante finalem ſolà poſitione longam ſæpius circumflectitur; ut αὖλαξ, χοῖνιξ· ſed λαίλαψ, μείραξ. Finales in ευ & ου, ſi tono afficiantur habent circumflexum; ut εὖ, ποῦ. excipe ἰδοὺ, ἰού.

Reg. 3ª. Monoſyllaba incontracta acuuntur; ut χθὼν, ὅς. Verba autem Monoſyllaba ſi fuerint producta circumflexum poſtulant, in quibuſcunque perſonis; ut ὦν, θῶ, εἷς. Sed φὴς 2ª. præſentis Indic. ut diſtinguatur à φῇς 2ª. Subjunct. Euſtat. Od. ή. v. 239.

Circumflectuntur quædam 1º. Nomina, βοῦς, γραῦς, δρῦς, λῖς μῦς, ναῦς, οἶς, οὖς, πῶυς, πᾶς, φῶς, πῦρ, σκῶρ, σῦς, ὗς, φθοῖς. 2º. Adverbia; αὖ, νῦν, μῆν, οἷ, ὧ, ἦ, αἶ. 3º. Conjunct. οὖν.

Reg. 4ª. Gravis ſubintellectus, ſequente Acuto, per contractionem fit Acutus; ut πλακοὲντων πλακούντων· ποιεέτω ποιείτω.

Ex Acuto cum gravi poſt ſe ſubintellecto, fit Circumflexus; ut τειχέων τειχῶν, ποιέω ποιῶ.

Excipiuntur quidam caſus contracti; qui acuunt ultimam:

1°. Acuitur accuſativus ſingularis 4æ. contract. ut λεχώ· ſed αἰδὼς & ἠὼς apud quamplurimos circumflectunt accuſativum.

2°. Acuuntur Nominativi, Accuſativi, & Vocativi duales ὁλοπαθῶν in α & ω ut μνάα μνά, νόω νώ, νῶϊ νῴ, σφῶϊ σφῴ.

Compoſita ex nominibus proparoxyt. in ος, retracto accentu, acuunt penultimam: ut εὔνοος εὔνους, εὐνόου εὔνου. item ἄθροος & ἀθρόος ἄθρους, ἀθρόου ἄθρου, quibus adde compoſita in ηθης ab ἦθος & ηρης ab ἐρέσσω quæ penacuunt Genitivum pluralem: ut συνηθέων συνήθων τριηρέων τριήρων.

Reg. 5ª. Accentus ante ſyllabas contrahendas manet ante contractas; ut ποίεε ποίει, τείχεος τείχους.

Verùm nomina in εος antepenacuta, poſt contractionem circumflectunt ultimam in ους: ut ἀδελφίδεος ἀδελφιδοῦς, χρύσεος χρυσοῦς: item κάνεον κανοῦν caniſtrum.

Reg. 6ª. In Adjectivis & Participiis accentus manet ſuper eandem ſyllabam maſculini, fœminini, & neutrius generis per omnes caſus; ut καλὸς, ὴ, ὸν· πᾶς, πᾶσα, πᾶν· τιμάων, άουσα, άον. At εἷς ἕν, φαῦλος φαύλη, ἥμισυς ἡμίσεια propter Reg. 1am. τυφθεὶς, εῖσα propter Reg. 2am.

Adjectiva hyperdiſſyllaba in ων & ης penacuta retrahunt accentum in neutro; ut βελτίων βέλτιον, αὐτάρκης αὔταρκες.

Duo hæc ἐλαχὺς λιγὺς acuunt antepenultimam fœminini ἐλάχεια, λίγεια.

Reg. 7ª. Accentus manet ſuper eandem ſyllabam vocis rectæ, & obliquæ ſive variatæ; ut λόγος λόγου, τριὰς τριάδος, τύπτω, τύπτε, τύπτοιμι, circumflexus itidem manet, manente longa: ut Ἑρμῆς, οῦ, ῆ, &c. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, &c. τυπτῶ, τυπτοῖμι, τυπτεῖν, τυπτῶ, -εῖς, &c. Exceptiones ad Reg. 7am.

Interdum mutatur ſpecies accentûs, interdum & ſedes.

Mutatur ſpecies Accentûs;

1ª. Acutus vertitur in circumflexum per Reg. 2am. in penultimâ nominum creſcentium; ut σωτὴρ σωτῆρος.

Nomina Oxytona circumflectunt ultimam Genitivi & Dativi, 1æ, 2æ, & 3æ. ſimplicium per omnes numeros; ut κριτὴς, οῦ, ῇ, αῖν, ῶν, αῖς· τιμὴ, ῆς, ῇ, αῖν, ῶν, αῖς· θεὸς, οῦ, ῷ, οῖν, ῶν, οῖς.

Huc ſpectat uterque Articulus: Adjectiva etiam & Pronomina Oxytona in ος. quibus accedunt οὗ, οἷ, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, ἧς, οὗ, ᾧ, ᾗ, ᾧ· Item ἐγὼ, ἐμοῦ· σὺ, σοῦ.

Oxytona in εὺς circumflectunt vocativum in εῦ; in ὼ & ὼς quartæ contract. Vocativum in οῖ; ut βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ, λεχὼ, ὦ λεχοῖ,

2a.

2°. Circumflexus vertitur in acutum, per Reg. 1am. σῶμα σώματος, Ἡρακλῆς έος, τυπτοῦ-έσθω, τυπτοῖμι-οίτην.

Nominativi, Accuſativi, & Vocativi duales, non alium in ultimâ quàm acutum gerunt; ut Sing. ὁ νοῦς. Dual· τὼ νώ· S. τὸ ὀστοῦν. D. τὼ ὀστώ.

Mutatur ſedes accentûs:

Per regulam 1am. ἄνθρωπος, ἀνθρώπου· σῶμα, σωμάτων· ἐπίγραμμα, ἐπιγράμματος· τύπτω, ἔτυπτον· ἀκούω, ἄκουε, ἀκούοιμι· ἔτυπον, ἐτυπέτην· τύπτου, τυπτέσθω.

Per ſpeciales Anomalias variatur ſedes in Nominibus & Verbis.

In flexione Nominum: 1°. Promovetur Accentus.

Nomina Monoſyllaba Genitivum & Dativum ſingularem & Dativum pluralem acuunt in ultimâ; ut χείρ, χειρὸς, χειρὶ, χερσί· πούς, ποδὸς, ποδὶ, ποσί· εἷς & ἓν, ἑνὸς, ἑνὶ cum compoſitis μηδενὸς, μηδενὶ, &c. ſed οὐδέσι, μηδέσι in plurali. Per contractionem facta ſæpiùs penultimam circumflectunt; ut κῆρ, κῆρος, κῆρι: apud nonnullos interdum acuunt ultimam; ut κηρὸς, κηρί. Pronomen δεῖς, uti & participia, ſequuntur generalem regulam, ut δεῖς δεῖνος, θεὶς θέντος· quibus adde Ὦψ ὦπος *Nomen Viri*. In plurali πᾶς circumflectit penultimam dativi πᾶσι· πῦρ acuit ultimam Nom. Acc. Voc. πυρά: κλεὶς circumflectit in ſingulari κλεῖν, in plurali κλεῖς. Πλάταια Nomen Urbis facit in plurali Πλαταιαὶ.

Genitivum & Dativum dualem & genit. pluralem circumflectunt in ultima; ut χειροῖν, χειρῶν. Quæ verò tonum habent in penultima genitivi ſingularis, vel circumflectuntur in recto, non habentia ν ante σ, penacuunt Genitivum pluralem; ut λάων à λᾶς λᾶος; ſic δᾴδων, κράτων, παίδων, πάντων, φώτων *luminum*, item ὤτων ab οὖς. His adde θώων à θὼς, Τρώων à Τρὼς, φῴδων à φῴς, δμώων à δμὼς, ſed δμωῶν à δμωός.

Τὶς indefinitum ſervat accentum in ultimâ, genitivum verò dualem & pluralem circumflectit; ut τὶς, τινὰ, τινοῖν, τινῶν· τίς interrogativum acuit penultimam per omnes numeros; ut τίς, τίνα, τίνοιν, τίνων.

Accentum Monoſyllaborum ſequuntur κύων & ἀρὴν ſyncopen paſſæ, ut κύων, κυνὸς, κυνὶ, κυνῶν· δόρυ & γόνυ in caſibus metatheſin paſſis; ut δόρυος, δουρὸς, &c. γυνὴ etiam γυναικὸς (ab inuſitato γύναιξ) vide p. 19.) δύω, δυοῖν, δυεῖν, δυσί· ἄμφω, ἀμφοῖν.

Nomina 1æ. & 2æ. ſimpl. circumflectunt ultimam genitivi pluralis; ut τελώνης, τελωνῶν. μοῦσα, μουσῶν. πᾶσα πασῶν. ὀξεῖα-ειῶν, τετυφυῖα-υιῶν, τυφθεῖσα-σῶν, &c.

Fœmmina barytona adjectivorum, Pronominum & Participiorum in ος, penultimam genitivi pluralis acuunt; ut ἅγιος, η, ἁγίων·

ἅγιος

ἄγιος, ἴα, ἀγίων· τυπτόμενος, μένη, μένων· item μεγάλη, μεγάλων ab inuſitato μέγαλος. Quatuor etiam Subſtantiva 1æ. ſimplicium, Ἀφύων, Ἐτησίων, χλούνων, χρήστων.

Penacuta ἴος unus & μία, cum Compoſitis, circumflectunt ultimam Genitivi & Dativi; ut ἴος, ἴα, ἴον. Gen. ἰοῦ, ἰᾶς, ἰοῦ. Dat. ἰῷ, ἰᾷ, ἰῷ· μία, μιᾶς, μιᾷ· οὐδεμία, οὐδεμιᾶς, &c.

∴ Retrahitur Accentus.

Vocativus nominum hyperdiſſyllaborum in ων ονος, vel ωνος; acuit antepenultimam; ut Ἀγαμέμνων, ὦ Ἀγάμεμνον· εὐδαίμων, ὦ εὔδαιμον· Ποσειδῶν-ῶνος, ὦ Πόσειδον.

Compoſita à φρὴν accentum in Vocativo ſervant; ut δαΐφρων, ὦ δαΐφρον· Sequentia vertunt penacutum in antecircumflexum per reg. 22am. Μαχάων, Ἱκετάων, Ἀρετάων, Λακεδαίμων, Εὐδαίμων, Παλαίμων; ὦ Μαχᾶον, Ἱκετᾶον, &c. Σαρπηδὼν facit ὦ Σαρπηδόν. Legitur etiam neutrum χάριεν & χαρίεν.

Subſtantiva in ης 1æ. contractorum acuunt antepenultimam Vocativi; ut Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες· Ἡρακλῆς, ὦ Ἥρακλες & Ἡράκλεις ab Ἡρακλέης, ſimiliter συγγενής, ὦ σύγγενες. Quatuor Subſtantiva in ης 1æ. Simplicium penacuta retrahunt accentum in Vocativo; ut ἀκακήτης, δεσπότης cum Compoſitis, εὐρυόπης, μητιέτης. V. ὦ ἀκάκητα, δέσποτα, εὐρύοπα, μητίετα.

Quædam nomina in ηρ in aliis caſibus retrahunt, in aliis promovent Accentum:

Ἀνὴρ, γαστὴρ, δαὴρ, Δημήτηρ, θυγάτηρ, πατὴρ, σωτὴρ, in Vocativo accentum retrahunt; ut ὦ ἄνερ, θύγατερ, σῶτερ, &c.

Ἀνὴρ & θυγάτηρ itidem primam acuunt in Accuſativo ſingulari, & in Nominativo, Accuſativo, & Vocativo duali, ſyncopen paſſis; ut ἄνδρα, ἄνδρε, ἄνδρες, ἄνδρας· θύγατρα, θύγατρε, &c.

Ἀνὴρ, γαστὴρ, Δημήτηρ, θυγάτηρ, μήτηρ, πατὴρ, poſt factam ſyncopen, acuunt ultimam Genitivi & Dativi ſingularis; ut ἀνδρὸς, ἀνδρί· θυγατρὸς, θυγατρί· Circumflectunt ultimam Genitivi & Dativi dualis & Genitivi pluralis; ut θυγατροῖν, θυγατρῶν· Penultimam acuunt Dativi pluralis; ut ἀνδράσι, θυγατράσι· Γαστὴρ facit γαστῆρσι. Θυγάτηρ & μήτηρ penacuunt omnes caſus impariſyllabicos ante ſyncopen: ut θυγατηρ, θυγατέρος, θυγατέρι, &c.

Non abs re erit integram flexionem Nominis in ηρ ob oculos ponere, ut variatio accentûs clariùs eluceſcat:

Sing. N. Θυγάτηρ. G. θυγατέρος θυγατρός. D. θυγατέρι θυγατρί. A. θυγατέρα θύγατρα. V. θύγατερ. Dual. N.A.V. θυγατέρε θύγατρε. G.D. θυγατέροιν θυγατροῖν.

Plur. N. θυγατέρες θύγατρες. G. θυγατέρων θυγατρῶν. D. θυγατράσι. A. θυγατέρας θύγατρας. V. θυγατέρες θύγατρες.

Dictio compoſita cum encliticâ eundem expetit tonum, quem extra compoſitionem gerit, per omnes caſus, verſo gravi in acutum; ut ἥνπερ, οἵπερ, οὗτινος, ᾧτινι, ὧντινων, non ἥνπερ, οἷπερ, οὕτινος, ὥτινι, ὡντίνων: obſervatis encliticarum, non ἐντόνων, legibus. Similiter indeclinabiles μήτε, οὔτε, εἴθε, &c. non μῆτε, οὖτε, εἶθε, &c.

In formatione Verborum: 1°. Promovetur Accentus.

Indicativus: Circumflectit ultimam futuri primi 4æ. & futuri ſecundi omnium conjugationum, in voce activâ: penultimam utriuſque in mediâ; ut ἀπερῶ, τυπῶ· ἀπεροῦμαι, τυποῦμαι. Item penultimam 3æ. pluralis in præſenti verborum in μι; ut τίθημι, τιθεῖσι; ſed ἄημι, ἄεισι.

Imperativus: Circumflectit ultimam indefiniti 2di. Medii: ut τυποῦ, acuit ultimam indefiniti 2di. act. in ſequentibus εἰπὲ ἐλθὲ, εὑρὲ, interdum ἰδὲ, λα[illegible]. Penacuunt Grammatici tres imperativos indef. 2di. medii ἧψου, πράπου, ἐνίσκου.

Subjunctivus: Circumflectit ultimam in omnibus indefinitis paſſivis, & in præſenti & indefinito ſecundo activo verborum in μι; ut τυφθῶ, τυπῶ, τιθῶ, θῶ.

Penultimam in perf. paſſ. circumflex. & in præſ. & perf. verborum in μι; ut πεποιῶμαι, τιθῶμαι, τεθῶμαι.

Infinitivus in ναι tono afficit penultimam; ut πετυφέναι, ἱστάναι, τυφθῆναι, στῆναι.

Infinitivus: Circumflectit ultimam indef. & fut. 2di. act. ut τυπεῖν.

Penultimam acuit indef. ſecundi medii: ut τυπέσθαι.

Accentum exigit in penultimâ indefiniti primi activi, & perfecti paſſivi: ut τύψαι, τετύφθαι, ποιῆσαι, πεποιῆσθαι.

2°. Retrahitur Accentus.

Imperativus dualem & pluralem indefiniti ſecundi medii acuit in antepenultimâ: ut τυποῦ, τύπεσθε.

Tempora finita in μην variant ſedem accentûs in perſonis pro variatione quantitatis ultimæ, juxta regulam primam; ut τυπτοίμην, τύπτοιο. Sed in Optativo perfectum paſſivum & futurum ſecundum medium, præſens etiam & perfectum verborum in μι, retinent accentum ſuper eandem ſyllabam: ut βεβοήμην, -ῆο· τυποίμην, -οῖο· ἱσταίμην & ἑσταίμην, -αῖο, &c. Quodſi verbum in μι ſit deponens, regulariter ſedem variat: ut δυναίμην, δύναιο, &c.

Indefinitum 1um. in tribus modis tonum plerunque mutat, non mutatum in elementis; in Opt. act. 3â. perf. λύσαι, ποιήσαι, τελέσαι: Infinit. λῦσαι, ποιῆσαι, τελέσαι: Imperat. med. λύσαι, ποίησαι, τέλεσαι. Penultima diſſyllaborum brevis in his tribus acuitur; ut τύψαι, λέξαι: Ubique ſecundum regulas.

Hæc omnia in Paradigmate tanquam ſynopſi clarius conſpiciuntur.

Speciales Regulæ Accentuum.

A hâc generali regulâ multifariam receditur in quàm plurimis dictionibus: Varia enim eſt & incerta admodùm accentûs notatio in primâ vocum terminatione, præcipuè Nominum: quorum infinitam penè multitudinem in numerato habere, & immenſam congeriem in faſciculum ſtringere, quid aliud eſt quàm oceanum ſimpulo infundere. Rectè enim Gaza, Πολυειδὴς καὶ ἀόριστος τὰ πολλὰ τῆς εὐθείας τόνος. Erit tamen operæ pretium vocabula illa quæ una magis recepta ſunt, in ſumma capita & claſſes terminatione & accentu diſcriminatas referre; operiſq; deſideratiſſimi rudimenta quædam ὡς ἐν τύπῳ exhibere. Quibus, ſi arriſerint, addi poſſunt plura quæ deſunt: aut ſi viſum fuerit, mutari in melius, quæ hic afferuntur: ut quoquo tandem modo operoſum hoc ſpemq; ſuperans inceptum, numeris aliquando omnibus abſolutum prodeat. Neque ampliùs hunc in finem parandi ingentes & ſingulis de vocibus revolvendi conſulendique ſint Lexicographi, quos meritò nobis magnâ ex parte ſuſpectos reddunt manifeſta paſſim & egregia præli emendatiſſimi ſphalmata: quin potiùs ad manum præſtò, ſit regula quæ certiùs multò & expeditiùs ſtudioſis, ſubinde hæſitantibus, ſuccurrat.

Toni vocabulorum, quæ deinceps ſequuntur, ad normam H. Stephani exiguntur: quam tamen non undequaque perfectam exhibent Typothetæ; ut qui non falſas modò ſed & ſibi diffidentes interdum appinxerint notas; & pro *theſauro carbones* obtruſerint quærentibus. Imprimitur enim ὀειδρόμος t.2.1460.l.15. ὀείδρομος 1461.l.1. ὀνομακλυτὴς t.2.269.B. ὀνομάκλυτος 1323.F. πυρὰ in Indice, πύρα t.3.623.E. Λιακος pro Αἰακὸς in Indice, & permulta hujuſmodi. Ut igitur certiùs excutiatur veritas, perluſtrata atque diligenter collata ſunt alia *boni nominis* Lexica; *Suidæ, Favorini, Budæi, & Conſtantini* (qui duo omnium mendoſiſſimè ſunt excuſi:) *Heſychii* denique ex quo dictiones minùs uſitatas poſt illum reliqui exeripſerunt. Ubi verò eorum unus aut plures cum Stephano non conſenſerint de accentu vocabuli minimè familiari & cognito. Stephano primas deferimus, & tonos ex ipſo quaſi regulares præſcribimus: aliorumque inſigniores diſcrepantias in fine πολυτόνων ſubnotamus.

Accentus Nominum in recto.

Nomina oxytona.

In declinatione primâ Simplicium:

1°. Hyperdiſſyllaba verbalia in τὴς, non præcedente α, ε, ι; ut ποιητὴς· Item ἀγορατὴς, θεατὴς, θηρατὴς, πειρατὴς· ἀναιρετὴς, εὑρετὴς, κασιγνητὴς. Inuſit. χαιτὴς *comatus*, ὁρατὴς *ſpectator*, γανιτὴς *prodigus*. Participalia in τὴς; ut ἐθελοντὴς.

Pauca item diſſyllaba, κριτὴς, κτιστὴς· & minus uſitata κλωστὴς, ληστὴς, ῥηστὴς, ψυκτὴς, τμητὴς.

Compoſita finita in φραστης, παιστης, στικτης; ut παραφραστὴς, συμπαιστὴς, βημαστικτὴς: Quædam ex λύτης & ῥαιστης; διαλυτὴς, καταλυτὴς, θυμοραιστὴς, Ἰλιο-ῥαιστής. Item σωμετής.

2°. Denominativa in στης; ut ὠμηστής. Item αἰχμητὴς: quod tamen verbale eſſe vult Etymologus.

Siqua nomina harum aut ſequentium terminationum diſcrepent accentu referuntur ad ſedes nominum, quibus accentu conveniunt.

In declinatione ſecundâ: Oxytona ſunt;

1°. Nonnulla in α viz. Appellativa in αλιὰ; ut φυταλιά.

Verbalia in ρὰ purum; ut χαρά.

Hypertriſſyllaba appellativa, præcipuè plantaria, in ωνιὰ; ut *ἰωνιὰ violetum, κοινωνιὰ lilii planta.*

Alia particularia: *ἀγορὰ concio, ἀγυιὰ vicus, αἱμασιὰ ſepes, ἀλωὰ area, ἀνθρακιὰ ſtrues carbonum, ἀρὰ, ἀρειὰ comminatio, ἀραιὰ ventriculus, ἀχυρμιὰ acervus palearum, Αὐγειαὶ nomen Urbis, γενεὰ generatio, δωρεὰ donum, διεγγυὰ fide juſſio, ἐσχατιὰ extremitas, ζειρὰ ſagulum, θαλαμιὰ receptaculum remi, Θεσπιαὶ loci nomen, ἱμονιὰ funis, Κεγχρεαὶ Cenchreæ, μακρὰ ſolium, μητρυιὰ noverca, μυρμηκιὰ formicarum caverna, νευρὰ nervus, ὀργυιὰ ulna, ὁρμιὰ linea piſcatoria, οὐρὰ cauda, παρειὰ maxilla, παιδιὰ luſus, πατριὰ familia, περιστερὰ columba, Πλαταιαὶ nomen Urbis, πλευρὰ latus, πρασιὰ areola, πυρὰ & πυρκαϊὰ rogus, σειρὰ catena, σκιὰ umbra, σκοπιὰ ſpeculum, σπογγιὰ ſpongia, σποδιὰ cinis, στοὰ porticus, στρατιὰ exercitus, τρασιὰ locus ubi ſiccantur ficus, τροχιὰ curſus, τροχηλιὰ orbita rotæ, φορβειὰ paſtus, χειὰ* vel *χιὰ latibulum ſerpentis.*

Inuſitata, *ἀκαινὰ boum ſtimulus, ἀλωπὰ vulpes, ἀμμὰ mater, ἀντικαρὰ humeri pars, χεραιαὶ vetulæ matronæ, θημονιὰ cumulus, θοιὰ jugum mulorum κοιαὶ ſphæræ, λαβὰ gutta, λϊπαὶ præfecturæ, μαμηρὰ* vel *μαμιρὰ medicamenti genus, μωὰ cantilena quædam, ὀρὰ pellis ovina, ὁρμειαὶ impetus, στειλειὰ manubrium ſecuris, σφειαὶ minæ, τεφρὰ cinis, Φλοιὰ Proſerpina, ψιὰ gaudium.*

2°. Multa in η. Finita in γὴ, δὴ, ωὴ; ut ὀργὴ, χορδὴ, ζωή.

Hyperdiſſyllaba in ωλὴ, ωκὴ, & ωχὴ, ωρὴ, ωτή; ut παυσωλὴ, ἀκωκὴ, ἀνακωχὴ, ἐλπωρὴ, καλαμωτή.

Verbalia in η ſervantia characteriſticam temporis; ut γραμμὴ, διδαχὴ, φυγὴ, στιγή· Verbalia itidem in μονὴ; ut πλησμονή.

At quæ oriuntur ex præſenti Barytonorum ferè ſunt penacuta.

His adde particularia: *Ἀβιληνὴ nomen loci, Αἰγαὶ nomen inſulæ, αἰχμὴ cuſpis, ἀκὴ* (pro quo legitur *ἠκὴ* & *κηκὴ*) *acies, ἀκμὴ vigor, ἀκοστὴ hordeum, ἀλυστὴ gluma, ἀλκὴ robur, ἀορτὴ arteria magna, ἀρετὴ virtus, ἀρχὴ principium, ἀστεροπὴ* & *στεροπὴ fulgur, αὐλὴ ſtabulum, Ἀφρικὴ Africa, βιοτὴ vita, βουλὴ conſilium, γαμφηλὴ* (rariùs *γαμφὴ*) *maxilla, γεντιανὴ gentiana herba, γυνὴ mulier, δοιὴ dubitatio, δραχμὴ drachma, ἑλικὴ ſalix, ἑορτὴ feſtum,*

festum, εὐλαὶ *vermes,* εὐχὴ *precatio,* ἡδονὴ *voluptas,* θηλὴ *papilla,* θηλονὴ *nutrix,* θυηλὴ *sacrificium,* καλλονὴ *pulchritudo,* καρφυλαὶ *strata ex festucis,* κεφαλὴ & κορυφὴ *caput,* κριθὴ *hordeum,* λιταὶ *preces,* μορφὴ *forma,* μοτὴ *linamentum,* ὀμφὴ *vox,* ὀπὴ *foramen,* ὁπλὴ *ungula,* οὐλὴ *cicatrix,* ὀχὴ *cibus,* Παγασαὶ *loci nomen,* παλαιστὴ *palmus,* παλλακὴ *pellex,* πιμελὴ *pinguedo,* ποινὴ *pœna,* πυγὼν *mensuræ genus,* ῥιπαὶ *sublica,* σπουδὴ *studium,* σιγλαὶ *ciphræ,* σκαφὴ *vasculum,* σταφυλὴ *uva,* σπιθαμὴ *spithama,* σχολὴ *otium,* ὑπναλὴ *aspis somno necans,* φλογμὴ *flamma,* φοινικὴ *palma,* φυλὴ *tribus,* χηλὴ *unguis,* χολὴ *ira,* ὠτειλὴ *cicatrix,* ψωλὴ *pudendum,* ὠβὴ *tribus.* Quibus adde ex præsenti Barytonorum orta hæc; βοσκὴ *cibus,* ὀφειλὴ *debitum,* τριβὴ *attritio,* ψυχὴ *anima.*

Inusit. ἀβοαὶ *preces,* αἰπολὴ *caprile,* ἀλυχὴ *fastidium,* ἀμυκαλαὶ *cuspides,* ἀμφὴ *aula,* ἀπελλαὶ *sacraria,* ἀχαὶ *optata,* βασιλὴ *regnum,* βρυταὶ *reliquiæ,* γλυκὴ *herbæ genus,* γυπαὶ *vulturum nidi,* δηλὴ *voluntas,* ἐδωκαθὴ *cibus,* ἐθμὴ *vapor,* εἰαὶ *leguminum purgationes,* ἐνθλιβὴ *afflictio,* ἑρκατὴ *custodia,* ἑρμὴ *exitus,* Θεραμναὶ *fanum Dioscurorum,* θεμιστὴ *lex,* θιναὶ *acervi arenarum,* ἰσθλὴ *caprina seu ovina pellis,* καλαῤῥυγαὶ *aquæ ductus,* καπηδαὶ *præsepia,* κοδομαὶ *hordei exiccatio,* κονθυλαὶ *tumores,* κορθὴ *extremæ sagittæ pars,* ληνὴ *torcular,* μωνιὴ *neglectus,* οἰχμὴ *famula,* ὀρχμαὶ *septa,* ὑννὴ *vomer,* ὑρχὴ *instrumentum nauticum,* χειμὴ *hyems,* χιλὴ *pabulum,* χροιὴ *corpus.*

Fœminina in α & η deducta à masculinis in ος servant eorum accentum; ut θεὸς, θεά· ἀδελφὸς, ἀδελφή. Pleraq; in οια ex οα habentia ι epentheticum; ut ποιά, ῥοιά, χροιά, ψοιά· sic ζειὰ pro ζέα, δειρὴ pro δέρη.

Multa Substantiva 1æ. declinationis, facta ex participiis fœmininis masculinorum in ος, tonum in ultima habent; ut δεξαμενὴ *receptaculum,* εἰαμενὴ vel ἰαμενὴ *locus fruticosus*; Item propria Ἀλαλκομεναὶ, Κλιζουμεναί.

In tertiâ declinatione.

Oxytona in ος.

1°. Nomina finita in αὸς, ανὸς, ηὸς, ιὸς, ηγὸς, ωγὸς, σσὸς; ut ἀγλαὸς, ἀγανὸς, ἀϊζηὸς, υἱὸς, φηγὸς, ἀρωγὸς, νεοσσός.

2°. Adjectiva in κὸς, νὸς, πὸς, * τὸς; ut λευκὸς, ἁγνὸς, χαλεπὸς, λεπτός. In λὸς, si non præcesserit ι vel υ; ut καλός. Item νεογιλὸς *recens natus,* παχυλὸς *crassus.* In ρὸς; ut ξηρός: exceptis primitivis pronominibus, comparativis in τερὸς: præter ἱερὸς, δεξιτερὸς, ἀριστερός.

* *Adjectivorum tonos ubi & flexionem sequuntur pronomina; ut* αὐτός.

3°. Substantiva verbalia in τὸς & τρὸς: ut κοπετὸς, ἰατρός. In ηλὸς, στὸς; ut πηλὸς, ἱστός. Substantiva omnia in μὸς, non præcedente ε: ut λιμός.

Inusitata quædam in εμός: ut ἀλεμὸς *jactantia,* θεμὸς *præceptum,* λεμὸς *guttur.*

Quædam adjectiva in μὸς; ut ἁμὸς *unus,* δοχμὸς & λοχμὸς *obliquus,*

liquus, ἐμὸς *meus*, θερμὸς *calidus*, ἰταμὸς *temerarius*, ὁμὸς *ſimilis*, σιμὸς *ſimus*, ὠμὸς *crudelis*.

Hyperdiſſyllaba in ωλὸς, ωνὸς, ωπὸς, ωρὸς; ut Πακτωλὸς, οἰωνὸς, Ἀσωπὸς, τιμωρός.

Propria, item nomina piſcium & avium in ανὸς: ut Γερμανὸς, Λευκανὸς, κυπρεανὸς, φασιανός. In ιὸς nomina avium; ut αἰγυπιός.

Particularia quædam Subſtantiva in κὸς, λὸς, νὸς, πὸς, ρὸς, τὸς, accentum habent in ultimâ more Adjectivorum.

1°. In κὸς: Αἰακὸς *Æacus*, Ἀνακοὶ *Dioſcuri*, ἀσκὸς *uter*, ἀστακὸς *cancri genus*, Δαμασκὸς *Damaſcus*, δοκὸς *trabs*, θριγκὸς *pinnæ murorum*, ὁλκὸς *tractus*, σηκὸς *ſtabulum*, φακὸς *lenticula*, φαρμακὸς *veneficus*, φολκὸς *ſtrabo*, φωνασκὸς *vocis Magiſter*, χαλκὸς *æs*, ψιττακὸς (& σιττακὸς) *pſittacus*.

Inuſitata, ἀρκὸς *auxilium*, βοσκὸς *paſtor*, πεικὸς *lana*, πλακὸς *peccatum*, σκιθακὸς *trachurus piſcis*, σφηκὸς *criſtæ in galea*, κακκὸς & καπκὸς *parvus digitus*, κικκὸς *gallus*, λελικκὸς *piſcis*, παλλακὸς *mœchus*, ὑστακὸς *paxillus*.

2°. In λὸς: ἀσχαλὸς *funis nauticus*, αἰγιαλὸς *littus*, αἰγιθαλὸς *avis quædam*, αὐλὸς *tibia*, γαυλὸς *mulctra*, δαλὸς & δαυλὸς *fax*, ἐλλὸς *hinnulus*, θαλλὸς *ramus oleaginus*, θολὸς *atramentum ſepiæ*, καυλὸς *caulis*, κορυδαλὸς *galerita*, μοχλὸς *vectis*, μυελὸς *medulla*, ὀβελὸς *veru*, ὀβολὸς *obolus*, ὀμφαλὸς *umbilicus*, σελλὸς *jactator*, φαλλὸς *phallus*, φελλὸς *ſuber*, χιλὸς & χειλὸς *pabulum*, χυλὸς *ſuccus*, ψωλὸς *apella*.

Inuſitata, ἀδαλὸς *fuligo*, ἀστραλὸς *ſturnus*, Αὐαλὸς *Bacchus*, βδαλοὶ *aciculæ marinæ*, βρωθαλλὸς *ſcaturigo*, γυλλὸς *quadrangulus lapis*, εἰλὸς *pondus*, ἰλὸς *lutum*, ἰταλὸς *taurus*, κνωαλὸς *morio*, κιλλὸς *aſinus*, μαλλὸς *lana*, μασχαλὸς *tunica*, μυλλὸς *ſtrabo*, μυλλοὶ *placentæ*, παγελὸς *pedis talus*, σφαλὸς *cippus*, ὑολλὸς *ſuum volutabrum*.

3°. In νὸς: ἀμνὸς *agnus*, βουνὸς *collis*, ἑλλεδανὸς *vinculum*, ἐρινὸς *caprificus*, ἰπνὸς *furnus*, καπνὸς *fumus*, κεραυνὸς *fulmen*, κρημνὸς *præcipitium*, κρουνὸς *ſcatebra*, ληνὸς *torcular*, λιχανὸς *index*, οὐρανὸς *cœlum*, παιδνὸς *puer adultus*, ῥινὸς *pellis*, πλυνὸς *balneum*, Σιληνὸς *Silenus*, τιθηνὸς *educator*, φανὸς *lampas*, χαλινὸς *frænum*, ὠκεανὸς *oceanus*.

Inuſitata, ἀζηνοὶ *cygni*, ἀκορνοὶ *bruchi*, ἀκρουνοὶ *termini*, ἀτταγεινὸς *ſcepinus*, βλινὸς *titio*, γλαυνὸς *fulgor*, γρυνὸς *torris*, γρουνοὶ *trunci querni*, ἐμπηνὸς *clavis*, κρυμνὸς *glacies*, Λιβυρνοὶ *gens Illyrica*, ξηνὸς *ſtipes*, ὁδεινὸς *dux viæ*, πιδανὸς *libum*, περκνὸς *aquilæ genus*, σκεπινὸς *ſcepinus piſcis*, χλουνὸς *aurum*.

4°. In πὸς: ἀταρπὸς ſeu ἀτραπὸς *via*, γρυπὸς *qui naſo eſt adunco*, καρπὸς *fructus*, κομπὸς *jactator*, μαστρωπὸς *leno*, μολπὸς *cantor*, ὀπὸς *ſuccus*, τροπὸς *lorum*.

5°. In ρὸς: ἀγρὸς *ager*, ἀφρὸς *ſpuma*, γαμβρὸς *gener* ἑκυρὸς ſocer, θαιρὸς cardo, θησαυρὸς theſaurus, θορὸς genitura, καιρὸς tempus, κηρὸς cera, λιμβρὸς nox obſcura, Λοκροὶ Locri, μηρὸς femur, νεβρὸς hinnulus, Νευροὶ Sarmatæ, νεφρὸς ren, ξυρὸς novacula, ὀρὸς vel ὀῤῥὸς ſerum lactis, οὐρὸς alveus, πενθερὸς ſocer, πυρὸς triticum, σειρὸς, σιῤῥὸς vel σιρὸς ſcrobs, σκιρὸς ſcrupus, σορὸς loculus, σταυρὸς crux, σωρὸς cumulus, τυρὸς caſeus, φιτρὸς caudex, φρουρὸς cuſtos, χορὸς chorus.

Inuſit. ἀγκερὸς cerebrum, ἀλτρὸς merces, ἀγαρὸς nuncius, ὀρὸς pratum, δειρὸς collis, ἐσχαρὸς piſcis genus, λαγγερὸς ſmilax, λαχρὸς grabbatulus, λικροὶ cervinorum cornuum rami, ναιθροὶ hinnuli, ὀξηρὸς acetum, ὀχρὸς vector, χερὸς littus.

6°. In τὸς: ἀετὸς aquila, ἀλαλητὸς clamor, ἁμαξιτὸς & ἁμαξητὸς veſtigium currus, ἀρπετὸς milvus, ἀταρπιτὸς callis, Βοιωτὸς Bœotus, γλουτὸς nates, γωρυτὸς & χαρυτὸς pharetra, ἐνιαυτὸς annus, Ἰαπετὸς Iapetus, κιβωτὸς arca, κολοσυρτὸς & κονιορτὸς pulvis, κοντὸς contus, λωτὸς lotus, μοτὸς linamentum, μυττωτὸς genus edullii alliati, ὀχετὸς canalis, πρωκτὸς anus, πυρετὸς febris, σκηπτὸς fulmen, στρατὸς exercitus, συρφετὸς colluvies, Ὑμηττὸς Hymettus.

Inuſit. ἀλοιτὸς puer meritorius, ἀλτὸς merces, ἀζαυτὸς pulvis, ἀστρυγετὸς lutoſus agger, βυτοὶ mortuorum repoſitoria, ῥακτὸς fragmentum, καιετοὶ fiſſuræ, κιχητὸς thuribulum, κυλλατοὶ oculi, θυττοὶ vaſa, λοιτὸς peſtis, λυστὸς ſcyphus, λυττοὶ loca ardua, ὀλαιτὸς & ὀλατὸς blatero, ὀρτὸς ara, παγητὸς barba, τραπητὸς muſtum.

Alia quædam tum Subſtantiva, tum Adjectiva particularia in ος. Oxytona.

1°. In ὸς purum;

In εὸς: ἀδελφεὸς vel ἀδελφειὸς frater, γαλεὸς felis, ἐλεὸς menſa coquinaria, ἐνεὸς mutus, ἑὸς ſuus, ἐρινεὸς caprificus, ἐτεὸς verus, ἠλεὸς ſtultus, Θεὸς Deus, θυρεὸς ſcutum, ἰλεὸς ileus morbus, κελεὸς avis quædam, κενεὸς vacuus, κηδεὸς mortuus, κολεὸς vagina, κωλεὸς membrum, λοχεὸς inſidiæ, νεὸς novale, πτελεὸς ulmus, τεὸς tuus, στελεὸς ſecuris manubrium, στερεὸς ſolidus, συφεὸς hara, σωρεὸς cumulus, φωλεὸς cavernæ.

Inuſit. ἀλεὸς calidus, ἀντρεοὶ annuli nautici, ἀντακεοὶ cete ingentia, εἰλεὸς caverna, μελεὸς vanus, φλεγεὸς ruber, φρυνεὸς rubeta.

In ιὸς: ἀνεψιὸς conſobrinus, Ἀσκληπιος Æſculapius, βιὸς arcus, δεξιὸς dexter, ἰὸς ſagitta, καλιὸς caſa, κριὸς aries, κωβιὸς gobio, πολιὸς canus, σκολιὸς obliquus.

Inuſitat. γαλιὸς hortus, γωλιοὶ ſpeluncæ maritimæ, ὑβιὸς & ὑβλιὸς gibboſus, φαληριὸς ſplendidus.

In οὸς: θοὸς velox, ὀλοὸς & ὀλοιὸς pernicioſus.

Inuſit. κολοὸς tumultus.

In υὸς: εἰλυὸς & ἰλυὸς antrum, νυὸς nurus, Τιτυὸς Tityus.

Inuſit. ἀκουὸς auditor, μικυὸς parvus, μισυὸς dimidia corporis parte albus.

In ωὸς : ἐῤῥωὸς *aper*, ζωὸς *vivus*, θωὸς *avis*, κολῳὸς *tumultus*, λαγωὸς *lepus*, πατρωὸς *vitricus*.

In αιὸς : ἀλαιὸς *vetus*, ἀραιὸς *tenuis*, Ἀχαιοὶ *Græci*, βαιὸς *parvus*, γεραιὸς & γηραιὸς *ſenilis*, δηναιὸς *diuturnus*, ἐλαιὸς & κελαιὸς *avis quædam*, κραταιὸς *fortis*, λαιὸς *lævus*, παλαιὸς *antiquus*, σκαιὸς *obliquus*, συφαιὸς *ſubulcus*, φαιὸς *fuſcus*.

Inuſit. βαγαιὸς *magnus*, ζαιὸς *piſcis genus*, πελλαιὸς *fuſcus*, χαιὸς *probus*.

In ειὸς : Ἀλφειὸς *Alpheus fluvius*, ἀρνειὸς & ἀμνειὸς *agnus adultus*, ἀφνειὸς *opulentus*, ἐλειὸς *glis*, Ἀπειὸς *Epeus*, θαμειὸς *frequens*, Ὀλμειὸς *Holmeus fluvius*, ταρφειὸς *denſus*, φατειὸς *celebris*.

Inuſitat. ἀλειὸς *pauper*.

In οιὸς : γλοιὸς *ſordidus*, δοιοὶ *duo*, κλοιὸς *ſupplicii genus*, κολοιὸς *graculus*, Οἰὸς populi nomen, ποιὸς *triticum*, φλοιὸς *cortex*, κοττυλοιοὶ *aves domeſticæ*. Inuſitat. κεσιὸς *morboſus*.

2°. In ὸς Impurum.

In βὸς : ἀμοιβὸς *mutuus*, ἀμορβὸς *comes*, βολβὸς *bulbus*, ὑβὸς *curvus*, κολοβὸς *mutilus*, κλωβὸς *caverna*, λοβὸς & λωβὸς *pars auris*, ῥαιβὸς *loripes*, στραβὸς *ſtrabus*, Σαβοὶ *Bacchi ſacerdotes*, ὑβὸς *gibboſus*.

Inuſit. βυβὸς & βωβὸς *mutus*, θαμβὸς *attonitus*, θραμβὸς *torridus*, καλυβὸς *thalamus*, κλαμβὸς *mutilatus*, λομβὸς *recutitus*, μαδιβὸς *ligo*, σκαμβὸς *obliquus*, σκιμβὸς *claudus*, στιλβὸς *fulgidus*.

In γὸς : ἀγὸς & ταγὸς *dux*, ἀμολγὸς *mulgendi tempus*, ἀεργὸς *otioſus*, γοργὸς *velox*, ζυγὸς *jugum*, θριγγὸς *pinnæ*, λαγὸς *lepus*, λοιγὸς *peſtis*, μογγὸς *qui per nares ſonum edit*, μολγὸς *bulga*, *cæcus*, πελαργὸς *ciconia*, Πελασγοὶ *Pelaſgi*, στραγγὸς *tortuoſus*, ταγγὸς *rancidus*.

Inuſit. ἀμοργὸς *qui exugit*, βραγὸς *palus*, κλαγγὸς *lac*, κραγὸς *clamor*, κραυγὸς *picus*, λαφυγγὸς *nugator*, ῥογὸς *horreum*, στραγὸς *imprudens*.

In δὸς : ἀδελφιδὸς *frater*, ἀοιδὸς *poeta*, Ἰνδὸς *Indus*, λορδὸς *incurvatus*, Λυδὸς *Lydus*, μαδὸς *glaber*, νωδὸς *edentulus*, ὁδὸς *via*, ὀπαδὸς *comes*, ὀρυμαγδὸς *gravis ſtrepitus*, οὐδὸς *limen*, πηδὸς *gubernaculum navis*, σποδὸς & σπληδὸς *cinis*, φειδὸς *parcus*.

Inuſit. ἀλινδὸς *curſus*, ἀφιδὸς *inimicus*, βυδοὶ *muſici*, γανδὸς *verſutus*, ἐδὸς *edax*, κλιδὸς *cumulus*, λαφυδοὶ *clavi in aratro*, στιβδὸς *verbero*, ὑδὸς *nepos*.

In ζὸς : μαζὸς (& μαθὸς) *mamma*, πεζὸς *pedes*, πρωϊζὸς *matutinus*, χθιζὸς *heſternus*.

Inuſit. ἀκοντιζὸς *jaculus ſerpentis genus*, βυζὸς *confertus*, ωυζὸς *ventoſus*.

In θὸς : ἀγαθὸς *bonus*, αἰθὸς *niger*, βοηθὸς *auxiliator*, βυθὸς *profunditas*, ἑφθὸς *coctus*, κανθὸς *oculi angulus*, μισθὸς *merces*, ξουθὸς *flavus*, ξανθὸς *rufus*, ὀρθὸς *rectus*, ὁρμαθὸς *ordo*, σκινθὸς *urinator*, στρουθὸς *paſſer*, τιτθὸς *mammilla*, τυτθὸς *parvus*.

Inuſit. κηθὸς *auxiliator*, κνυθὸς *parvus*, λαθὸς *turpis*, ῥυθὸς *mutus*.

In ξὸς· ἰξὸς *viſcus*, λοξὸς *obliquus*, μυωξὸς *glis*, φοξὸς *acuminatus*.

Inuſit. Ἀοξοὶ *coqui*, ἀπαξοὶ *monachi*.

In σὸς· βλαισὸς vel βλεσὸς *blæſus*, κιρσὸς *tumor*, Παισὸς & Ἀπαισὸς *Urbis & fluvii nomen*, πυρσὸς *fax*, ταρσὸς *fiſcella*, χρυσὸς *aurum*.

Inuſit. Αἰσοὶ *Dii*, βυρσὸς *palus*, γλαυσὸς *fulgidus*, γνυπισὸς *otioſus*, κεισὸς *herbæ ſpecies*, κλωσὸς & κινσὸς *herbæ genus*, κορσὸς *truncus*, κυρσὸς *herba*, ὀρσὸς *agnus ſerotinus*.

In φὸς· ἀδελφὸς *frater*, Δελφοὶ *Delphi*, κυφὸς & ὑφὸς *gibboſus*, κωφὸς *ſurdus*, ὀρφὸς *nomen piſcis*, πομφὸς *bulla*, σκνιφὸς *viſu hebes*, σοφὸς *ſapiens*, σομφὸς *inanis*, στυφὸς *abſtrictorius*.

Inuſit. ἀλφὸς *albus*, λαφὸς *lævus*, σιγαλφοὶ *mutæ cicadæ*, συφὸς *hara*, ταρφὸς *denſus*.

In χὸς· ἀικχὸς *crudelis*, ἀρχὸς *princeps*, βρυχὸς *præco*, δολιχὸς *longus*, λεχὸς *gravida*, μοιχὸς *mæchus*, μοναχὸς *ſolitarius*, μυχὸς *penetrale*, οὐρχὸς *meatus urinarius*, πτωχὸς *pauper*, ῥηχὸς *ſeptum*, τροχὸς *rota*.

Inuſit. ἀτυχὸν *mediocre*, βρυγχὸς *laqueus*, γλιχὸς *tenax*, καναχὸς *obſtreperus*, σικχὸς *injucundus*.

In ψὸς· γαμψὸς & καμψὸς *inflexus*, καψοὶ *parietes*, κινδαψὸς (& σκινδαψὸς) *planta* vel *cithara*, κομψὸς *elegans*.

Derivata in ος ex perfecto medio, ſi activè ſignificent, acuuntur in ultima; ut τομεὺς *ſector*, δοχὸς *capax*, ἐδωδὸς *edax*, item σκοπὸς *ſpeculator* vel *meta*.

Genitivi oxytoni cum fiunt recti retinent tonum; ut δμῶς τοῦ δμωὸς, ὁ δμωὸς *ſervus*.

Oxytona compoſita.

Omnia in ικὸς; ut ἀρχιτεκτονικός.

Subſtantiva in μὸς: vel derivata à compoſitis; ut ἀναβαθμὸς, ἐπαναβαθμὸς *aſcenſus*: vel compoſita cum verbali in μὸς; ut μηλιανθμὸς *cauda*.

Gentilia in ος oxytona tonum retinent in compoſitis; ut φιλαχαιός.

Compoſita in -αγὸς, -ηγὸς, -αγωγὸς, -αλγὸς, -αμοιβὸς, -αοιδὸς, -ανεψιὸς, -αριστερὸς, -αρωγὸς, -εψὸς, -βοσκὸς, -ημερινὸς, -κλειτὸς, κλυτὸς, -λοιχὸς, -μολγὸς, -εργος, -οεργὸς, -ουργὸς, -ωργὸς, ολκὸς, -ποιὸς, -πομπὸς, -φορβὸς, -ωδὸς, -ωπὸς, -ωρὸς vel ουρὸς ab οὖρος *cuſtos*, -πηγὸς à πήγνυμι, -απὸς à δάπεδον; ut ξεναγὸς *hoſpes*, κυνηγὸς *venator*, παιδαγωγὸς *puerorum inſtitutor*, ποδαλγὸς *pedibus dolens*, χρυσαμοιβὸς *nummularius*, φιλαοιδὸς *poetarum amans*, αὐτανεψιὸς *conſobrinus*, ἐπαριστερὸς *ſiniſter*. ἐπαρωγὸς *auxiliator*, πορνοβοσκὸς *leno*, μυρεψὸς *unguentarius*, καθημερινὸς *diurnus*, τηλεκλειτὸς *longe celebris*, δουρικλυτὸς *haſta celebris*, κνισολοιχὸς *pinguedinem lambens*, ἱππομολγὸς *qui equos mulget*,

get, συνεργὸς ὑποεργὸς vel ὑπουργὸς *adjutor*, γεωργὸς *agricola*, ἐφολκὸς *attractorius*, βελουλκὸς *tela attrahens*, νεωλκὸς *trahens navem*, ὀργανοποιὸς *organorum fabricator*, νεκροπομπὸς *qui mortuos deducit*, συφορβὸς *ſubulcus*, τραγῳδὸς *tragœdus*, σκυθρωπὸς *tetricus*, πυλωρὸς *janitor*, κηπουρὸς *hortulanus*, ἀλοπηγὸς *ſalarius*, ἡμεδαπὸς *noſtras*.

Verbalia in τὸς ex compoſitis nata, quorum ſimplex nullum eſt; ut ἐυλογητός.

Verbalia in τὸς cum præpoſitione compoſita ex αἰνέω, βαίνω, ἔχω, λαμβάνω, μετρέω, τείνω tonum habent ſimplicis; ut ἐπαινετὸς, διαβατὸς, ἀνεκτὸς, καταληπτὸς, διαμετρητὸς, ἐκτατός.

Nonnulla item particularia: ἀνοικτὸς *apertus*, ἀντιμισθωτὸς *mercede dignus*, ἀπολαυστὸς *voluptuarius*, ἀπευκτὸς *deprecabilis*, ἀποδεικτὸς, ἀποφαντὸς, καταφαντὸς, *demonſtratus*, διαιρετὸς *diviſus*, ἐξαιρετὸς *electus*, περιαιρετὸς *exemptilis*, προαιρετὸς *arbitrarius*, διαστατὸς *ſeparabilis*, εἰσιτητὸς, προσιτὸς *acceſſibilis*, εἰσποιητὸς *adoptatus*, ἐκκλητὸς *evocatus*, ἐκλεικτὸς *qui delingitur*, ἐκλεκτὸς *electus*, ἐκπιεστὸς *expreſſus*, ἐμπλαστὸς *ad illinendum aptus*, καταπλαστὸς *illitus*, ἐμπνευστὸς *inflatus*, ἐκπλυτὸς *elutus*, ἐγκαυστὸς *inuſtus*, ἐγκολαπτὸς *inciſus*, ἐκπορευτὸς *procedens*, ἐμπλεκτὸς *implicitus*, ἐπακουστὸς *auſcultabilis*, ἐπαγαπητὸς *chariſſimus*, ἐπακτὸς *inductus*, κατακτὸς *fragilis*, ἐπευκτὸς *optabilis*, ἐπιβουλευτὸς *inſidioſus*, ἐπιδερκτὸς *viſibilis*, ἐπεικτὸς *ſubditus*, ἐπιθυμητὸς *deſiderabilis*, ἐπιμωμητὸς *reprehenſibilis*, ἐπισκευαστὸς *inſtauratitius*, ἐπιστητὸς *ſub ſcientiam cadens*, ἐπιτεχνητὸς *arte elaboratus*, ἐφαπτὸς, συναπτὸς *continuus*, ἐφικτὸς *attingibilis*, καθαπτὸς *ligatus*, καταθνητὸς *mortalis*, καθαιμακτὸς *cruentatus*, μεταπειστὸς *qui perſuadere poteſt*, περιπεταστὸς *extenſus*, περιοριστὸς *definitus*, προσπλωτὸς *adnavigabilis*, προσρητὸς *ſalutatus*, μετακινητὸς *mutabilis*, παραρρητὸς *prece flectendus*, παραιτητὸς *expetitus*, παρακελευστὸς *admonitus*, παρεκτμητὸς *abſciſſus*, παρηγορητὸς *conſolabilis*, προορατὸς *prævidendus*, προσβλητὸς *adjectus*, συμβλητὸς *conferendus*, προσδεκτὸς *gratus*, προσπορπαστὸς *inſibulatus*, συνετὸς *intelligens*, συγγνωστὸς *ignoſcibilis*, συγκομιστὸς *comportatus*, συγκεραστὸς *temperatus*, συνωμοτὸς *conjuratus*, συνοιστὸς, συμφορητὸς, συμφερτὸς *collatitius*, ὑποιστὸς, ὑποστατὸς *tolerabilis*: item ἀνακογχυλιαστὸς *quo fauces colluuntur*. Tonum vero retrahunt ſi illis accedat compoſitio: præter καθοδηγὸς, προοδηγὸς *dux viæ*, συμπεριαγωγὸς *qui adjuvat in deducendo*, ἐπιδημιουργὸς *cui murorum cura commiſſa eſt*, συνδημιουργὸς *adminiſter in munere fungendo*, συνεκλεκτὸς *unà electus*, συνιεροποιὸς *qui una ſacra facit*, ὑποχαροπὸς *aliquantulum fulvus*.

Omnia in ος, ſi componantur cum α, δυς & ευ, tonum habent in priori; exceptis ἀεργὸς *otioſus*, ἀϊδνὸς *non viſibilis*, ἀγανὸς *lætus*, ἀγαυρὸς *ſuperbus*, ἀμυδρὸς *hebes*, εὐεργὸς & εὐποιὸς *beneficus*, εὐωπὸς *formoſus*.

Inuſit. ἀδαμνὸς *indomitus*, ἀκηλητὸς *intemeratus*, ἀϊῤῥὸς *ineffabilis*, ἀδαιὸς *indiviſus*.

Alia quædam particularia: ἀθηρηλοιγὸς *ventilabrum*, βουλυτὸς *tempus ſolvendi boves*, βροτολοιγὸς *pernicioſus mortalibus*, δαφοινὸς *valde cruentatus*, ἐννυὸς *nurus*, ἐπαινὸς *crudelis*, ἐπακουὸς *auditor*, ἐπισμυγερὸς *ærumnoſus*, ἐχθοδοπὸς *odioſus*, ἐμβαθυνὸς *profundus*, θυρειγὸς *qui fores aperit*, ἠβαιὸς *parvus*, καπυρὸς *rufus*, καταριγηλὸς *horribilis*, λευκερινεὸς *genus ficus*, μετοπωρινὸς, φθινοπωρινὸς *Autumnalis*, μυλωθρὸς *molitor*, νεογνὸς *recens natus*, νωδὸς *edentulus*, ὀρειπελαργὸς *montana ciconia*, ποδαβρὸς *qui delicatis eſt pedibus*, ποδαγρὸς *qui podagra laborat*, προκοπὸς *progreſſus*, προπερυσινὸς *qui anni eſt abhinc tertii*, πυραμητὸς *meſſis tritici*, στενυγρὸς *arctus*, συμβοηθὸς *auxiliator*, τηλουρὸς *remotus*, τρισοϊζυρὸς *ter infelix*, συγκοινωνὸς *particeps*, συνοπαδὸς *comes in itinere*, τροχοπεδὸς *rota*, ὑπερεκπερισσὸς *ſuperabundans*.

Inuſit. ἀυπλαοὶ *panis fragmenta*, δημεχθηλὸς *populo inviſus*, ὀρθοσταδὸς *qui recte ſtat*, φθοροικὸς *qui domus conſumit*, περιβυνὸς *montoſus*, περιδεινὸς *gravis*.

N. B. Neutra in ος omnia ſunt barytona, & ſequuntur generales regulas.

In ον,

Pleraque finita in μον & τον ſunt Oxytona; ut ἐρετμὸν, φυτὸν. Exceptis nominibus herbarum & frugum.

Alia quædam particularia in ον: ἀγαρικὸν *agaricum*, γωλεὰ *ſpeluncæ*, ἐλεὸν *menſa coquinaria*, ἐρινεὸν *caprificus*, ἱερὸν *templum*, λοετρὸν vel λουτρὸν *lavacrum*, πηδὸν *gubernaculum navis*, πλευρὸν *latus*, πτερὸν *ala*, πυρεὸν *igniarium*, στειλειὸν *manubriũ ſecuris*, σφυρὸν *malleolus pedis*, ὠὸν *ovũ*.

Inuſit. ἀνθηλὸν *indumentum*, ἀμεργὸν *fatum*, ἀπελλὸν *populus arbor*, ἀσυλὸν *veſtimenti genus*, αὐαρὰ *Ponticæ nuces*, αὐληρὸν *frænum*, ἀχιὰ *molles lanæ*, βαιοσὸν *profunditas*, γαβαθὸν *patina*, ἐξαρὸν *pelvis*, ἐδωνὰ *tranſtra navis*, ἰκνὰ *educationis præmia*, κηφὸν *argentum*, καυκὸν *cauliculus*, κελεβρὰ *parva jumenta*, γναιὸν *caniſtrum*, κυθνὸν *pharmacum*, σαβανὸν *pannus aſperior*, λαξερὸν *grabbatulus*, μαλερὸν *farina*, μαῤῥὸν *inſtrumentum ferreum*, ναρὸν *ſcopa*, ὀρὸν *prælum*, πεδαιμὰ *patinæ*, φαρικὸν, φαριακὸν *herba venenata*, ψαλὸν *frænum*.

Huc refer numeralia hæc, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐνναπὶν.

In quartâ declinatione

Omnia retinent accentum nominum à quibus manant; ut λεὼς à λαὸς. Acuitur etiam Ἀπολλὼς.

In quinta declinatione: ſub qua comprehenduntur declinationes contractorum:

Nomina in αν, ιν vel ις, ινος, ας-αδος, in ηρ, ευς, & ω Oxytona ſunt; ut Τιτὰν, ἀκτὶς vel ἀκτὶν, λαμπὰς, σωτὴρ, βασιλεὺς, λεχώ. Item. ἐγώ.

Fœminina in ις-ιδος; ut φροντίς. Exceptis fœmininis in τις, quæ ſequuntur accentum maſculinorum in της, pag. 22. lin. 33.

Adjectiva in ης εος; ut ἀληθής. Exceptis hyperdiſſyllabis in ήκης & ήρης: ſed ἀνήκὴς *acie carens*, περιηκὴς, περιήκὴς *præacutus*, πυριηκὴς *igne acuminatus*, ἀλγηρὴς *moleſtus*, ἀχθηρὴς *gravis*, ἀεινηρὴς *difficilis*, ἀσχαληρὴς *aqua habens latera*, πενθηρὴς *luctuoſus*, ἀπηρὴς *non mutilatus*. Paucula Subſtantiva in ὴς, ῆτος, βραδυτὴς *tarditas*, δηϊοτὴς *pugna*, ἐσθὴς *veſtis*, ποτὴς *potus*, πινυτὴς *ſapientia*, item ἀργὴς-ῆτος, & -έτος *albus*.

Adjectiva in ύς; ut ὀξύς.

Subſtantiva in τύς; ut ἐδητύς. Item ἀχλὺς *tenebræ*, δαγὺς *cryſtallus*, δελφὺς *uterus*, ἐμὺς & ἀμὶς *mus aquaticus*, ἐριννὺς *furia*, ἰγνὺς *poples*, ἰλὺς *limus*, ἰξὺς *lumbus*, ἰσχὺς *robur*, ἰχθὺς *piſcis*, κροκὺς *floccus*, λιγνὺς *fuligo*, νηδὺς *alveus*, ὀϊζὺς *ærumna*, πληθὺς *turba*, Τηθὺς *Tethys*, χλαμὺς *chlamys*.

Inuſit. ὀχλὺς *lapis rotunda ſpecie*, ἀγγὺς *triſtitia*, διοννὺς *veſtis muliebris*, οἰσὺς *viminis genus*, πυθρὺς *murmur*.

Subſtantiva in ην; ut αὐχήν. ſic ἀπτὴν *implumis*.

Localia & nomina menſium in ὼν; ut νυμφὼν. Ἀνθεστηριών.

Derivativa in ων ab Indefinito ſecundo vel perfecto medio: ut σταγὼν, τρυγὼν *turtur*, ſic λοφογρὼν *puſtula*.

Finita in εδὼν & ηδὼν: ut ἀηδὼν, Σαρπηδὼν, σηπεδὼν, Μακεδὼν.

Nomina hyperdiſſyllaba in εὼν, υὼν, υμὼν; ut κενεὼν, ἀλκυὼν, δαιτυμὼν. Verbalia in εμὼν; ut ἡγεμὼν, κηδεμὼν.

Particularia, ἀγὼν *certamen*, ἀγκὼν *cubitus*, αἰὼν *ævum*, ἀκροχορδὼν *verruca*, ἀλαζὼν *jactator*, ἀλκυδὼν *alcedo*, Ἀμαζὼν *Amazon*, ἀρηγὼν *auxiliator*, Βαβυλὼν *Babylon*, βουβὼν *inguen*, γαγγαμὼν *omentum*, γοργὼν *ſtrix*, εἰκὼν *imago*, ἑκὼν *volens*, Ἑλικὼν *Helicon*, ἡγεμὼν *dux*, ἠϊὼν *littus*, θηλαμὼν *nutrix*, θημὼν *acervus*, κανὼν *norma*, Κερατὼν *ara Apollinis*, Κιθαιρὼν *Cithæron mons*, κιὼν *multitudo vermium*, κλαδὼν *ramulus*, κολοφὼν *ſummitas*, κοπρειὼν *ſcarabeus*, κραταιγὼν *nomen herbæ*, λαγὼν *ilia*, λειμὼν *pratum*, Μαραθὼν *Marathon*, Μιμαλόνες vel Μιμαλλόνες *Bacchæ*, μορμὼν *larva*, μυὼν *muſculus*, Ὀλιζὼν *urbs Theſſaliæ*, Παφλαγὼν *Paphlagoniæ incola*, Παιὼν *Apollo*, πετασὼν *petaſo*, πλατυμὼν *latitudo*, πλειὼν *annus*, πρηὼν *vertex montis*, πυγὼν *menſuræ genus*, Πυθὼν *urbs Phocidis*, ῥυμβὼν *ſpiræ ſerpentis*, σιαγὼν *maxilla*, Σιδὼν *Sidon*, σινδὼν *ſindon*, σπαδὼν *contractio*, στραβὼν *ſtrabus*, σχαδὼν *favus*, ταὼν *pavo*, τελαμὼν *lorum*, τυφὼν *procella*, χειμὼν *hyems*, χελιδὼν *hirundo*, χελὼν *mugil*, χιτὼν *tunica*, χιὼν *nix*, χλιδὼν *armilla*, item χρεὼν *debitum*.

Inuſitata: *ἀμπελιὼν avis vites inſectans*, Ἀργανθὼν *nomen montis*, *ἀχθὼν torris*, *βαιτὼν vir vilis*, *γαρμαφὼν candor*, *γιγγρὼν deus rebus venereis præfectus*, *γνυπῶνες puſillanimi*, *κοινὼν particeps*, *κοσχυλαγόνες ſponſæ*, *κραγγὼν pica*, *κραγὼν carcer*, *λαγγὼν mercator*, *λογγὼν lapis pertuſus*, *μυδὼν caro rugoſa*, *πιληγόνες* vel *πιλαγόνες gigantes*, *προμαχὼν propugnaculum*, *τραπεζὼν ſacerdotale officium*, *σαφῶνες retia*.

Plurima Hebraicæ originis: ut Ἀαρὼν, Ἀβαδδὼν, ἀῤῥαβὼν, Σιὼν, &c.

Nonnulla aliarum terminationum: ut *ἀνδριὰς ſtatua*, *ἱμὰς lorum*, *ἀχὼρ ulcus*, *ἰχὼρ ſanguis*, *αἰδὼς pudor*, *ἠὼς aurora*, *ἱδρὼς ſudor*, *ἐυρὼς mucus*, *ὀδοὺς dens*.

Inuſitat. *ἰὼξ clamor*, Βομβὰξ *Bacchi nomen*, *ἀσγυρὰξ uva*, *αὐλὶξ vena*, *ἀθρὶψ vermiculus*, *αἰὸρ vir*, *ἀκὸρ uter*, *ἰθὺρ ferrum axis*, *ἀβὰς ſtultus*, *ἀφθὰς Bacchi nomen*, *βαδὰς cinædus*, Ἐδὰς *nomen Mercurii*, Ἐνὼς, Ἐμμαὺς Compoſita quint. decl.

Omnia in ὰς ἄδος, ὶς ίδος acuunt ultimam; ut *δειρὰς*, *πολυδειράς· τομὶς*, *ἐκτομίς*.

Compoſita cum monoſyllabo verbali 2æ. perfecti paſſivi finita in ς etiam præcedente α; ut *προβλὴς prominens*, *ἀσπιδαποβλὴς deſertor militiæ*, *ἀκμὴς indefeſſus*, *οἰνοβρὼς vinoſus*, *ἀγνὼς ignarus*.

Similiter in ξ & ψ, ſi componantur cum præpoſitione terminatâ in vocalem; ut *καταπὴξ palus*, *παραβλὼψ ſtrabus*; item *ἄτριψ non contritus*, *κυνοβλὼψ impudens*.

Compoſita pleraque etiam à πλὴξ, ῥὼξ, ῥὰξ, τρὼξ cum dictione quâlibet præcedente; ut *νωτοπλὴξ tergo percuſſus*, *πυκνοῤῥὼξ denſos acinos habens*, *κυαμοτρὼξ fabarum arroſor*. Quædam à κλεὶς, χρὼς, ὢψ; ut *δικλεὶς clavis gemina*, *κατακλεὶς quod claudendis foribus adhibetur*: à *χρὼς cutis*, *μελαγχρὼς*, *τακεροχρὼς*, *ζοφεροχρὼς*: à χρὼς pro *χροῦς color*, *μελιχρὼς*, *μολιβδοχρὼς*, *οἰνοχρὼς· βοὼψ piſcis nomen*, *γλαυκὼψ cæſios habens oculos*, *δεινὼψ torvus*, *εὐὼψ qui formoſis eſt oculis*, *λιπαρὼψ pinguis*, *μονὼψ unoculus*, *τυφλὼψ cæcus*, *ὑδρὼψ hydropicus*: Et in ωπὶς inde deducta *αἱμαλωπὶς ſanguinea*, *κυκλωπὶς cyclopica*, & minus uſitata *μετωπὶς frontis faſcia*, *παρωπὶς* & *προσωπὶς perſona muliebris*, *ὑπωπὶς thapſia*: Perpauca in υς, *πτερυγωκὺς penna celer*, *ὑψιβαθὺς profundus*. In ιν, *ἀπειρωδὶν partus dolorum non expertus*.

Εἶς in fine compoſitorum acuitur; ut *μηδεὶς*, *καθεὶς*.

Compoſita ex ſimplicibus oxytonis in longam finitis, ſi monoſyllaba non fuerint, ſervatâ terminatione, ſervant tonum in fine; ut *πειρατὴς*, *ἀρχιπειρατής· φορὰ*, *ἀναφορὰ*, *ἐπαναφορά· ἀλαζὼν*, *φιλαλαζών· βασιλεὺς*, *μισοβασιλεὺ:.*

Voces Hebraicæ uſitatiſſimè acuuntur in fine: ut Ἀβραὰμ, Δαβὶδ, Ὡσαννὰ, Ῥαββὶ, Ἡλὶ Ἡλὶ λαμμὰ σαβαχθανί. Nonnullæ etiam ex Hebræis Paroxytonis ortæ; ut Βεθλεέμ, Ζαρὰ, Μελχισεδὲκ, Σαλὰ, Φαρὲς, &c.

Ex his quædam, non Oxytonæ, ex N. T. potiſſimùm depromptæ, in proprias accentuum claſſes diſtribuuntur.

Quod ſi terminentur more Græcorum, præſertim in ος & ίας, notantur juxta regulas communes.

PAROXYTONA.

In α; Subſtantiva in ίνδα, ύα acuunt penultimam; ut *βασιλίνδα ludi genus*, *νεκύα mortuorum catalogus*.

Item minùs uſitata ἀραχίδνα, *ὀθόννα plantæ genus*, *ἰζέλα bonum omen*, *μαςγύνα vas urinarium*, *μαρίλα carbonum pulvis*, *ὀξίνα occa*.

In ος; Nomina finita in ίλος, ίσκος, λέος, ύλος; ut ὀργίλος, νεανίσκος, ἀργαλέος, ἀγκύλος.

Verbalia etiam in τέος; ut πρακτέος, ἐξιτητέος, συνεκποτέος. Nonnulla particularia: *αἴολος varius*, *ἀντίος contrarius*, *Βαλίος equi nomen*, *ἐννέα novem*, *ἡλίκος*, *πηλίκος*, *quantus*, &c. *γομφίος dens molaris*, *μεγάλος magnus*, *μυρίος infinitus*, *νυμφίος ſponſus*, *Ὀδίος viri nomen*, *ὀλίγος parvus*, *ὁσπίχος quantulus*, *παρθένος virgo*, *σκορπίος ſcorpius*, *σποδίος cinereus*.

Inuſit. *ἀγκύνος miniſter*, *ἀέλος matutinus*, *ἀηδόνος pullus*, *αἰκάλος aſſentator*, *ἀνερύσκος herba*, *ἰάδος tortuoſus*, *ἰάλοι thalami*, *ἰζέλος ſcorpius marinus*, *κανθαρέος herbæ genus*, *καρχαρέος aſper*, *μορμύρος piſcis*, *ὀρρωδίος metus*, *πλησίος propinquus*, *στεργάνος fimus*, *στραβάλος tortuoſus*, *συῤῥάδος adulterinus*, *ταρβαρέος terribilis*.

Penacuuntur compoſita in ος cum nomine & perfecto medio verbi Barytoni, ſi activè ſignificent, & exponantur per accuſativum nominis; ut *μητροκτόνος Matricida*, ſive *matrem cædens*, *οὐρανοδρόμος* ad *Cœlum currens*, *αἰθεροδρόμος currens* per *aerem*, *ὀρειτύπος in montibus cædens* (ſubaudito accuſativo) *ligna*. Similiter decompoſita; ut *συγκληρονόμος cohæres*.

Quædam deſcendunt à perfectis, quorum thema non eſt in uſu: *viz.* finita in βόρος; ut *δημοβόρος populum abſumens:* plerǽque etiam in ηγόρος; ut *δημηγόρος orator*. Alia mutant characteriſticam perfecti: Qualia ſunt finita in δόκος & πλάθος; ut *ἰοδόκος ſagittarum receptor*, *κοροπλάθος qui imagunculas fingit*.

Paroxytona quædam à *νέμω*, *μάχομαι*, *δρέμω*, ſeu potius *τρέχω*, *πείρω*; *neutraliter* vel *paſſive* ſignificantia; ut ἐρημονόμος *in deſerto paſtus*, ὀρεινόμος & ὀρεσινόμος *in montibus paſcens*, πατρονόμος *à patre paſtus*, οἰονόμος *ſolus paſcens*, ἀθυρονόμος *qui legibus abutitur*, χειρονόμος *geſticulator*, ἀψιμάχος *veles*, γεῤῥοφορμάχος *qui pilo pugnat*, ἐγρεμάχος *qui pugnam excitat*, λογομάχος *qui verbis pugnat*, μονομάχος *gladiator*, ναυμάχος *qui e navi dimicat*, ὁπλομάχος *bellator armatus*. χειρομάχος *manibus pugnans*, ἡμεροδρόμος *diurnus curſor*, λαιψηροδρόμος *velociter currens*, νυκτοδρόμος *qui noctu currit*, ὁπλιτοδρόμος *armatus curſor*, οὐριοδρόμος *vento ſecundo currens*, παταγοδρόμος *cum fragore currens*, νυκτιπόρος *noctu iter faciens*, ναυσιπόρος *navi trajiciens*, παιδοπόρος *liberis tranſitum præbens*. His adde εὑρεσιλόγος *blatero*, συμμιολόγος *tacitus*, ἡμεροσκόπος *qui diurnas excubias agit*, μονοφάγος *qui ſolus comedit*, &c.

Nonnulla loco nominis compoſita cum adverbio, aut aliâ dictione; ut ἀδηφάγος *avide edens*, ἀειφόρος *ſemper ferens*, ἀποφόρος *male ſeipſum ferens*, ἀρτιτόκος *quæ recens peperit*, ὠμοτόκος *abortivum fœtus*, ἑκηβόλος *longe jaculans*, ἰθυπόρος *recta procedens*, πυγμάχος *pugil*, ταχυδρόμος *celeriter currens*, τηλεβόλος *longe jaculans*, ὀπισθονόμος *qui retropaſcitur*, τηλεσκόπος *longe cernens*: item μιαιφόνος *cæde pollutus*, μιγονόμος *terra ubi promiſcue paſcunt omnes*; & quædam alia.

Reperiuntur etiam compoſita cum præſenti activo verbi circumflexi; omnia à πολέω; ut ὀνειροπόλος: item μογιλάλος *ægre loquens*, ὀξυλάλος *qui acute loquitur*, πλαστολάλος *ficta loquens*, νευρολάλος *per nervos loquens*, νεκροκόσμος *libitinarius*, δειπνολόχος *cœnæ inſidians*. Sic λαθροδάκνος *clam mordens*. Pleraque cum perfecto activo ωρυχα; ut φρεωρύχος & φρεατωρύχος *puteorum effoſſor*: Rariora cum perf. paſſivo; ut λεωβάτος *via trita*.

Compoſita ab ἀντίος, σόος, πλόος ‖ *plex* penacuuntur; ut ἐναντίος *contrarius*, ἀρευσσόος *bellicoſus*, ἁπλόος *ſimplex*: adde & decompoſita, ut ὑπεναντίος, &c.

Item ἁβρογόος *molles gemitus edens*, ἀειπάρθενος *ſemper virgo*, †ψευδοπάρθενος *falſa virgo*, ἀνθοκρόνος *floridus*, βουβουκόλος *bubulcus*, ἱπποβουκόλος *equiſo*, ὀπισθοκαμπύλος *incurvus*, θυρσόλογχος *haſta*, *ſignum cæleſte*, κορυθαιόλος *varia indutus galea*, φριξολόφος *horrendas habens jubas*.

Subſtantiva in ιον triſyllaba ab oxytonis rectis vel obliquis diſſyllabis profluentia acuunt penultimam; ut στρουθίον *paſſerculus* à στρουθός, παιδίον *puerculus* à παῖς παιδός.

Multa in ιον à barytonis profecta, quæ hic Subjunguntur.
Minus uſitata præfixis obeliſcis notantur tam in hoc
quàm ſequentibus Catalogis.

Ἀγκίον *vallicula* ab ἄγκος. Βιβλίον *libellus* à βίβλος. Βικίον *urnula* à βῖκος. Βλαυτίον *ſandaliolum* à βλαύτη. Βιβλίον *charta papyracea* à βίβλος.

βύβλος. Βράγχιον *ſpiraculum piſcis* à βράγχος. Δελτίον *libellus* à δέλτος. Εἰρίον *lana* ab εἶρος. Θαμνίον *frutex* à θάμνος. Θηκίον *repoſitorium* à θήκη. Θρομβίον *grumus* à θρόμβος. Θυννίον *parvus thynnus* à θύννος. Ἰγδίον *mortarium* ab ἴγδη. Ἰσχίον *coxa* ab ἰσχὺς. Καδίον *parvus cadus* à κάδος. Καρφίον *parva feſtuca* à κάρφος. Κηπίον *hortulus* à κῆπος. Κοιτίον *lectulus* à κοίτη. Κοκκίον *granulum* à κόκκος. Κρανίον *caput* à κράνη. Κωπίον *remulus* à κώπη. Λοφίον *collis* à λόφος. Λυχνίον *lucernula* à λύχνος. Μοσχίον *vitulus novellus* à μόσχος. †. Μαμμίον *matercula* à μάμμη. † Μυστρίον *panis excavatus* à μύστρον. Ναυλίον *nablium* à ναῦλα. Νευρίον *nervus parvus* à νεῦρον. Νησίον *parva inſula* à νῆσος. Ξιφίον *gladiolus herba* à ξίφος. Οἰκίον *domuncula* ab οἶκος. † Ὀρφνίον *pulla veſtis* ab ὄρφνη. Πεδίον *parvus campus* à πέδον. Πηνίον *ſtamen* à πήνη. Πιλίον *pileolus* à πῖλος. Πλατίον *palmula* à πλάτη. Πλινθίον *later* à πλίνθος. Πυξίον *buxea tabula* à πύξος. Πυργίον *parva turris* à πύργος. Πωλίον *pullulus* à πῶλος. Ποιμνίον *grex* à ποίμνη. Ῥαβδίον *virgula* à ῥάβδος. † Ῥαείον *infans* à ῥάεσς. Ῥιζίον *radicula* à ῥίζα. Ῥινίον *limula* à ῥίνη. Ῥυμβίον *ſpira* à ῥύμβος. Ῥυγχίον *roſtellum* à ῥύγχος. † Σακκίον *ſacculus* à σάκκος. Σιτίον *frumentum* à σῖτος. Σκαφίον *ſcapha* à σκάφη. Σκυμνίον *catulus* à σκύμνος. Σκιμπίον *baculus* à σκίμπων. Σμηνίον *alveare* à σμῆνος. Σμιλίον *ſcalpellum* à σμίλη. Σπαθίον *ſpathula* à σπάθη. Σπογγίον *ſpongiola* à σπόγγος. Σπαρτίον *funiculus* à σπάρτος. † Σπιζίον *fringilla* à σπίζα. Σταμνίον *amphora* à στάμνος. Σφαιρίον *ſphærula* à σφαῖρα. Σχιδίον *aſſula* à σχίδαξ. Σχοινίον *funiculus* à σχοῖνος. Τειχίον *parva mœnia* à τεῖχος. Τεκνίον *filiolus* à τέκνον. Τομίον *fruſtum* à τόμος. Τονίον *funiculus torcularis* à τόνος. Τρυχίον *panniculus* à τρύχος. Τυχίον vel τυκίον *inſtrumentum fabrile* à τύχος vel τύκος. † Ὑδρίον *aquula* ab ὕδωρ. Φορτίον *onus* à φόρτος. Φρυνίον *rubeta* à φρῦνος. Φυσκίον *folliculus* à φύσκη. Χαρτίον *chartula* à χάρτης. Χοιρίον *porcellus* à χοῖρος. Χονδρίον *patina* à χόνδρος. Χυτρίον *ollula* à χύτρα. Χωνίον *inſtrumentum fuſorium* à χῶνος. Χωρίον *regio* à χῶρος. Ψυγίον *vas in quo aqua refrigeratur* à ψύχος.

Primitiva quædam in ιον non valdè uſitata; ὀμφίον *indumentum*, ἄντιον *inſtrumentum textorium*, γαγγίον *morbus quidam*, ἠρίον *monumentum*, ἴκριον *tabulatum*, κεσλίον *alga*, λιδρίον *ſcutella*, μνασίον *menſuræ genus*, σαυνίον & σιγυνίον *jaculum barbaricum*.

Rara ſunt hypertriſyllaba penacuta in ίον, cujuſcunque fuerint originis; ut τυραννίον *aula regia* à τύραννος, ἱμαντίον *uva morbus*, ab ἱμάς-άντος. Pauca Compoſita; ut ἀμπεδίον, ὀροπεδίον à πεδίον.

Particularia in ον, ut ὀστέον *os*, βομβύλον *vaſculum*.

Permulta in ίτις, è quibus pleraque rariùs uſitata: Ἀλαβαστρίτης, ſeu ἀλαβαστίτης *lapis alabaſtrites*, ἀλοΐτης *aloes frutex*, βαλανίτης *glandem referens*, βολβίτης *animalis genus*, βοτρυΐτης *botryitis*, γαγγίτης *in Gange nata*, διφθερίτης *pelliceam tunicam geſtans*, δρυΐτης *herbæ genus*, ἐπικληρείτις & πατρικληρείτις *virgo ex aſſe hæres*, ζεφυρείτις *Zephyritis*, ἡπατίτης *hepatica vena*, κυανίτης *ad cyanum vergens*, λιπερνίτης *mendica*, λυχνίτης *lucernaria*, νεφρίτης *morbus renum*, ὀζαινίτης *ozænas olens*, ὁλοκωνίτης *olus quoddam ſilveſtre*, ὀστρακίτης *oſtracitis*, στερνίτης *inferior coſta*, συρματίτης *ex purgamentis contracta*, τραπεζίτις & ἐντραπεζίτις *quæ ad menſam alitur*, τομΐτις *tomitana*, φαρμακίτις *medicamentaria*, χονδρείτις *craſſa ſimila*, χρυσίτις *aureola*, χωρείτις *villica*. His adde αἱματιάτις *farti genus*, ἰσάτις *herbæ genus*, ἀκατάλις *bacca juniperi*.

Nomina verò pleraque in ιτις apud diverſos Lexicographos variè notantur in penultimâ: apud hos enim acuuntur, apud alios circumflectuntur: Sunt & qui antepenultimam in nonnullis acuunt: ut ἀκῖτις, ἀκίτις, & ἄκιτις *acuta*.

Paroxytona terminationes habentia Oxytonorum, ſupra traditas.

Declinat. 1æ. Simpl. Tonum in penultima induunt.

Hyperdiſſyllaba quædam:

1°. Verbalia in της: ἀγρώστης *venator*, ἀγύρτης *circulator*, ἀήτης *ventus*, αἰσυμνήτης *rex*, ἀκμήτης *qui eſt in vigore*, ἀλήτης *erro*, ἀλείπτης *unctor*, ἀλοίτης *peccator*, ἀρότης *arator*, γενειήτης *barbatus*, γεννήτης *cognatus*, γυμνήτης *miles levis armaturæ*, δεσμώτης *captivus*, διώκτης *perſecutor*, δυνάστης *dynaſta*, ἐργάτης *operarius*, ἐπείκτης *qui urget*, ἡβήτης & alicubi ἡβώτης *impuber*, ἠπειρώτης *qui continentem habitat*, ἠπύτης *præco*, ἰδιώτης *idiota*, καταῤῥάκτης *cataracta*, κομήτης *cometa*, κυβερνήτης *gubernator*, ὀμότης *jurator*, μονώτης *ſolitarius*, πλανήτης *planeta*, σκοπιήτης *ſpeculator*, σφενδονήτης *qui funda utitur*, ὑφάντης *textor*. Infrequentius occurrunt βαβάκτης *nugator*, γυιήτης *claudus*, θυροκοπήτης *qui pulſat januam*, εὐνήτης *maritus*, κεκράκτης *clamoſus*, κελευθήτης *viator*, κεφαλήτης *lapis angularis*, κηλήστης *qui demulcet*; κλοιώτης *incarceratus*, κενήτης *miniſter*, λαφύκτης *belluo*, μυσίκτης *cantor*, ὀρνεώτης *auceps*, σκηνήτης *qui in tentoriis habitat*, ὑφειλήτης & φιλήτης *fur*.

2°. Denominativa in στης: ἀργέστης *albus*, γενέστης *cognatus*, ὀρέστης *monticola*, πενέστης *famulus operarius*, χρεώστης *fænerator*.

Declin. 2æ. Penacuuntur nonnulla:

In α: *viz.* in λία, ἁλία *cœtus*, ἀτασθαλία *nequitia*, διδασκαλία *doctrina*, θαλία *convivium*, τροχαλία *trochlea*.

Inuſitata, ἀλία *profectio*, ἁσπαλία *piſcatus*, βαλία *morbus oculorum*, ἰαλία *vox*, κακαλία *genus herbæ*, κρυπταλία *clavis*, χαλία *quies*.

In ρα purum; *μόρα tribus*; item *μοῖρα fatum*. Localia in *ωνια*: *ἁλωνία area, γωνία angulus, ὀσπειωνία* ab *ὄσπειον oſpratura.*

In η: nempe in *γη* minus uſitata; *ἄγη ſtupor, γέλγη ſarcina variarum mercium, ἔοργη cochleare, εὐέργη tudicula, ζώγη herbæ ſpecies, θήγη repoſitorium, κράγγη clangor, λάγη lactis menſura, μάργη inſania, σάγη armatura, σαλάγη clamor, Σέλγη* urbs *Piſidiæ, στάγη capſa, τάγγη rancor, ὕσγη herbæ genus.* In *δη*; *ἴγδη mortarium, Ἴδη Ida, σίδη, σίβδη malum punicum, πέδη pedica.* In *ώλη*: *ἐειώλη turbo.*

Inuſitat. In *ώρη*: *καφώρη* & *σκαφώρη vulpes, κιχώρη oleris genus, λαιμώρη noctiluca, ποδοράρη velox* : item *εἴδη ſpecies, λύγδη populus alba.*

Verbalia in η ſervantia characteriſticam temporis. Derivata, 1°. à perfecto paſſivo; *βρώμη victus, γνώμη ſententia, δαίτη epulum, δέσμη faſciculus, θέρμη calor, ἐπιλήσμη oblivio, λόχμη locus inſidiis aptus, μνήμη memoria, ξύμη pruritus, πλήμη* vel *πλήμμη æſtus maris, ῥύμη impetus, ῥώμη robur, στάθμη amuſſis, τόρμη meta, τράμη* & *τρύμη foramen, χάσμη* & *χήμη hiatus, χάρμη gaudium, χρήμη indigentia.*

Inuſit. *εἰσίθμη introitus, ἴσμη ſcientia.* 2°. à Perf. act. *μαλάχη malva, φρίκη horror*; Inuſit. *λυμάχη dolor, παλάχη ſors.* 3°. ab Indef. primo activo, *θήκη theca* : Inuſit. *καταχήνη hiatus.* 4°. ab Indef. 2do. activo, *ἁρπάγη harpago, βλάβη damnum, καλύβη tugurium, κάπη præſepe, κνίδη urtica, μάχη pugna, πάγη laqueus, πάθη calamitas, σκάφη ſcapha, τύχη fortuna.* 5°. à Perf. med. *λόγχη ſors, φθόη tabes.* 6°. Verbalia à præſenti circumflexo orta; *ἄλη error, ἄμη fax, ἄνθη efflorescentia, αἴνη laus, ἀπάτη fraus, βλάστη germen, δαπάνη ſumptus, δίκη juſtitia, εἴλη agmen, ἥβη juventus, θοίνη epulum, κόμη coma, λήμη* & pro illo *γλήμη lippitudo, λύπη dolor, λώβη injuria, μελέτη cura, μάλκη* & *νάρκη torpor, νίκη victoria, παλάμη palma, πλάνη error, σόβη muſcarium, στίβη pruina, τέχνη ars, τρύγη vindemia, χνόη lanugo, χραίσμη auxilium* : Inuſit. *δόκη opinio, τάρβη terror.*

Fœminea à maſculinis deducta; ut *τιθηνή nutrix* à *τιθηνός, υἱωνή neptis* à *υἱωνός, ψιττάκη pſittica* à *ψιττακός.*

Declin. Impariſyllab.

Finita omnia in *ήρης, ήκης, ώκης, ώδης*, per εος inflexa, penultimam habent acutam; ut *τριήρης, ἀμφήκης, ποδώκης, πεζώδης* : Item compoſita ab *ἔγχος, ἦθος, κῆτος, μέγεθος, στέλεχος, ἄντα*; ut *χαλκέγχης, κακοήθης, βαθυκήτης, παμμεγέθης, μακροστελέχης κατάντης.* In *ωλης* ab *ὄλλυμι*; ut *πανώλης.*

Alia quædam compoſita in ης: αὐθάδης *arrogans*, αὐτάρκης *ſufficiens*, εὐρυστήθης *qui lato eſt pectore*, καλαμοφθόγγης *calamo canens*, ποδάρκης *pedibus celer*, φιλαλήθης *amans veritatis*.

Inuſit. ἀδιέρης *incorruptus*, ἀπλήγης *invulneratus*, αὐθιμάδης *indigens*, ἀφάκης *ſtolidus*, ἐπανάγκης *neceſſarius*, εὐθυμήδης *gratioſus*, ζαμελῆς *grande melos habens*.

Nonnulla in ηρ: Δημήτηρ *Ceres*, εἰνάτηρ *uxor fratris*, θυγάτηρ *filia*, μήτηρ *mater*, πάνθηρ *panther*, φράτηρ *qui eſt ex eadem curia*.

Paucula in εδων, εων, υων, υμων; ut φλέδων *nugator*, ἀκέων *tacitus*, Ἀμφιτρύων *Amphitryon*, ἐγκύμων *gravidus*.

Paroxytona compoſita, quorum ſimplicia ſunt Oxytona & ultimam habent longam.

Penultimam acuunt omnia compoſita: 1°. quæ deſinunt in monoſyllabum longum: ut αὐτόχειρ, ἀντίπους; exceptis oxyt. pag. 250. 2°. quæ ultimam ſimplicis longam mutant in alteram longam; ut ὀλβιογάστωρ: 3°. Compoſita finita in ην & ιν; ut ἀρχιποίμην, πανυγλώχιν. 4°. Adjectiva in ις longum; ut χρυσήλκτις. Subſtantiva autem, immò & Adjectiva comp. à κρηπὶς, tonum in ultimâ ſervant, quod alibi admonendum erat pag. 250. l. 17.

Similiter ab ὀδοὺς, λειμὼν, χίτων, facta adjectiva: καρχαρόδους *aſperos habens dentes*, βαθυλείμων *profunda habens paſcua*, χαλκοχίτων *ærea indutus tunica*. Item compoſita à κριτὴς cum nomine; ut ὀνειροκρίτης.

Partic. παραχαράκτης *falſus monetarius*, χαμεύνη *lectus humi ſtratus*, κατάρα *diræ*. Minus uſitata; ἐργολήπτης *exactor operis*, ῥινοκολούστης *narium amputator*, τοιχωρύκτης vel τειχορύκτης *murorum perfoſſor*, βορβορότρης *lutoſum foramen habens*, διόπη *inauris*, μετόπη *vox artis architectonicæ*, γυναικάνηρ *ſemivir*, εὐπάτηρ *bono patre natus*, ὀβριμοπάτηρ *valido patre natus*, πλατυγάστηρ *qui lato eſt ventre*.

Non multum ἀτόπως attexere hic licebit regulam p. 251. l. 14. prætermiſſam.

Propria in ιος triſſyllaba & tribracha acuunt penultimam; ut Ὁδίος, Ῥοδίος, Τυχίος· quibus adde compoſita à κόλλα & θέναρ, ut χρυσοκόλλα *auri glutinum*, ὀπισθέναρ *ima pars manus*. Item φρυνέϊνος *rubeta*, ταινίον *pectorale*, ψαμμίον *arenula* à ψάμμος, per incuriam omiſſa pag. 251. &c.

Paroxytona peregrina ſive Græco-barbara.

Voces Latino-græcæ tonis ferè regularibus veſtiuntur; ut κουστωδία, σπεκουλάτωρ, Νίγερ, φόρον.

Finita in ατος vel ατον penacuta ſunt; ut Πιλάτος, φουρτουνάτος, σπάτον.

Hujus farinæ multa occurrunt apud Juriſtas & Hiſtoricos; ut ληγάτος, μανδάτον: quibus interdum contra regulas acuitur penultima longa ante finalem brevem; ut κανδήλα *candela*. Addi poterant plura alia, πισκῖνα *piſcina*, σαγῖτα *ſagitta*, βετερᾶνος *veteranus*, μαλεδῖκτος *maledictus*, παλλῖον *pallium*, &c.

Quædam ex Hebræis penacutis facta, acuunt penultimam; ut Ἄβελ, Βάαλ, Ἐλεάζερ, Ἐλιέζερ, Ἐλισάβετ, Ζοροβάβελ, Θάρα, Βελίαλ, Λάμεχ, &c.

Alia etiam ab oxytonis oriunda: ut Ἀβιάθαρ, Ἄγαρ, Ἄννα, Θάμαρ, Ἰεφθάε, Ἰωάννα, Ἰωάθαμ, Μάρθα, Ῥεβέκκα, Σάῤῥα, Σάρων, Σίμων, Σουσάννα, &c.

PROPAROXYTONA.

Hyperdiſſyllaba quartæ Simp. antepenultimam acuunt tam ſimplicia quàm compoſita; ut ἵλεως, Μενέλεως, ἀνώγεων· compoſita itidem impariſyllabicè flexa à γέλως & κέρας nata; ut φιλόγελως, μονόκερως· item δύσερως.

Compoſita cum quâvis dictione & verbo, ſi paſſivè ſignificent, ſunt antepenacuta; ut μητρόκτονος *a matre occiſus*, ἀρτίτοκος *nuper editus*, ἀπόφορος *non ferendus*.

CIRCUMFLEXA.

Nomina circumflectunt ultimam, quæ videntur manare ex penacutis & contractionem pati; ut Ἀπελλῆς, τιμῆς, γῆ, Ξενοφῶν, Κῶς.

Diminutiva in ᾶς & δς; ut Ζηνᾶς, Διονῦς.

Partic. in ᾶς, πελεκᾶς *pelicanus*. Inuſit. ἀνδᾶς *dominus*, μαεικᾶς *cinædus*.

In ῆς: γυμνῆς *miles levis armaturæ*, δασπλῆς *terribilis*.

Compoſita retinent in ultimâ circumflexum ſimplicis, non monoſyllabi; ut Ποσειδῶν, Ἱπποποσειδῶν.

Græco-barbara circumflexa propria, variæ terminationis. In ᾶ: Ἀββᾶ, Γαββαθᾶ, Κανᾶ, Μελεᾶ, Ῥαμᾶ, &c. In ᾶς; Ἀρτεμᾶς, Βαῤῥαβᾶς, Θαδδᾶς, Θωμᾶς, Ἰωνᾶς, Κηφᾶς, Κλωπᾶς, Λουκᾶς, Σκαδᾶς, Σατανᾶς, Χουζᾶς. In ᾶν: Κορβανᾶν, Σατᾶν. In ῆς: Ἰαμβρῆς, Ἰαννῆς, Ἰωσῆς, Μαμβρῆς, Μανασσῆς, Μωσῆς. In ῆ: Γεθσημανῆ. In αῦ: Ἡσαῦ, Ῥαγαῦ. In οῦς: Ἰησοῦς. Similiter compoſita: Βαριωνᾶς, Βαριησοῦς.

ANTECIRCUMFLEXA.

PEnultimam habent circumflexam; 1°. Nomina finita in αῖος, εῖος (deducta ab oxytonis), οῖος, ῷος, εῖον, οῖον, ῷον; ut τειπαῖος, ἀνδρεῖος ab ἀνδρός, αἰδοῖος, ἀθῷος, γελοῖον *jocus*, Ἡρῷον *monumentum Herois*. 2°. Subſtantiva in ῖνος; ut ὀλῖνος, ἐχῖνος, ἰκτῖνος: præcipue propria derivativa ſive diminutiva: ut Νῖνος, γελασῖνος, ἐρυθρῖνος.

Pauca etiam adjectiva, non multùm uſitata, ἀγχιστῖνοι *conferti*, γελωτῖνος *ridiculus*, γεγγῖνος *differens*, λασῖνος *demens*, παλακῖνος *bellicoſus*, προμνηστῖνοι *alius ante alium*. Quædam in ῖτις, præſertim ab ίτης: ut φρενῖτις *delirium*, ἀργυρῖτις ab ἀργυρίτης.

Particularia: *αὐλαῖον aulæum, ἐκεῖνος ille, ἑταῖρος ſocius, ὀπαῖον foramen ſornacis, νεᾶνις juvencula, τιλφῶσα nomen fœminæ.* Minùs occurrentia: *Ἀβακαῖνον urbs Siciliæ, Ἀβαρβαραῖαι Nymphæ quædam, ἀχῆσκος calathus, ἀκνῆστις ſpina dorſi, ἀντῖος ſupplex, ἀπλῆγις veſtis genus, ἐραῖα ramus olivæ, κεραπαῖον picturæ firmamentum,* Νυμφαῖον *rupis nomen, πανδοῦρα inſtrumentum muſicum, σαβῆρος annulus, τιτυρῖνος fiſtula paſtoralis.*

Antecircumflexa quædam in εῖος à barytonis oriunda. *Ἀργεῖος Argivus, ἀρκτεῖος urſinus, ἀστεῖος urbanus,* Βακχεῖος *Bacchius,* Ἑρκεῖος *Herceus, ἑταιρεῖος ſodalitius,* Καδμεῖος *Cadmeus, καρνεῖος* Apollinis epithetum, *μαντεῖος vaticinus, μουσεῖος muſicus, νυμφεῖος ad Nymphas pertinens, μεγαλεῖος magnificus, ὀθνεῖος externus, οἰκεῖος domeſticus.* Inuſit. *ἀγχεῖος vicinus, λυκεῖος terribilis, ὀχεῖος admiſſarius.*

Compoſita: Omnia terminata in αῖος, εῖος, οῖος, εῖον; ut *ἡμιτεταρταῖος, ζαχρεῖος, ὑπανοῖος, ἡρωελεγεῖον metri genus.* Omnia itidem in οῦτος, οῦχος, ῆλιξ; ut τοσοῦτος, ῥαβδοῦχος, ἀρχιδᾳδοῦχος, ὁμῆλιξ. Plurima in ῶπις ab ὢψ-ωπὸς; ut γλαυκῶπις. Pauca in οῦργος, & in οῦρος ab οὐρὰ cauda; ut *κακοῦργος maleficus, πανοῦργος vafer, βαυκοπανοῦργος inſolens,* Λυκοῦργος *Lycurgus,* Ἀρκτοῦρος *Arcturus, κολοβοῦρος mutilus cauda, στελεφοῦρος* plantago, item *κοθοῦρεις vulpes.* Quædam in πῶλις à πωλέω *vendo,* λαχανοπῶλις, ἱματιοπῶλις, ἀστεροπῶλις, χυτροπῶλις. Particularia, *ἀρχεταῖρος princeps ſociorum, βιοδῶρος victum largiens, δασπλῆτις terribilis.* Inuſit. *ἀμφισφαῖρα calcei genus, ἐνωτοκοῖτοι populi auribus contecti, ἐπιγῆτις herbæ genus, ἐρημοδῶκος qui ſolus cauſam agit, κυνοπρῆστις animal quoddam, μαψαῦρα levis ventus, οὐβρῶστις fames, χλωροσαῦρα viridis lacerta.* Græco-barbara; Εὖα, Ἰοῦστος, κοῦμι, Νῶε, Σεκοῦνδος, Συρακοῦσαι, Τῖτος.

Antecircumflexa diſſyllaba.

Diſſyllaborum penultima anceps, ſi juxta regulas producatur & tonum habeat, plerunque circumflectitur; ut γρῖφος & *γρῖφον rete, δρῖλος lumbricus,* Ἶρις *Iris,* Ἶρος *Irus, ῥῖγος frigus*: vide pag. 225. l. 14. Anceps itidem (præcipuè *υ*) ante *μα* purum in verbalibus diſſyllabis circumflectitur; ut *δρᾶμα, νᾶμα, κῦμα, λῦμα, πλῦμα, ῥῦμα, φῦμα.* vid. 224. l. 21.

Subjicitur catalogus particularium nominum, quorum penultimæ *α, ι, υ,* ancipites circumflectuntur.

Ἆλτις *agilis.* Γλῖνον *genus arboris.* Γῦρος *gyrus.* Δῖνος *vortex.* Δῖος *divinus,*

divinus, divus. † Θῶος *impetus.* † Ἶνις *filius.* Ἶπος *preſſura.* Ἶφις *celer.* Κᾶλον *lignum.* Κῦδος *gloria.* Κῦρος *autoritas.* Κῦφι *Cyphi.* Κῦφος *gibbus.* † Κρᾶθις *nomen fluvii.* Λᾶας *lapis.* Μῖμος *mimus.* Μῖσος *odium.* Μῦθος *ſermo.* † Μῦρμος *formica.* Μῦσος & † Μῦος *ſcelus.* † Μῦκος *impurus.* Νῖκος *victoria.* Νῦσος *claudus.* Πῖνον *cerviſia.* Πῖος, πῖαρ *pinguedo.* Πῖσος *pratum.* Πνῖγος *ſuffocatio.* Πρᾶγος, Πρᾶξις *actio.* Πρᾶυς *mitis.* Ῥᾶξις *fractio.* Σῖτος & Σῖτον *panis.* Σμῦλον *ligo.* Σπῖλος *macula.* Σῦκον *ficus.* Τῖφος *palus.* Τῖφυς *Tiphys.* Φᾶρος *palla.* Φᾶσις *Phaſis.* Φρῦνος *rubeta.* Φῦλον *tribus.* Χλῖδος *paludamentum.*

BARYTONA.

Nomina habentia terminationes præcedentium claſſium, accentus verò diverſos, utpote qui à generali regulâ 1mâ & 2dâ non recedunt.

1°. Barytona terminata more Oxytonorum:

Regulæ generalis accentum ſervant in priori, contra ſpeciales regulas de terminationibus recti; præcipuè reg. pag. 242. l. 34. &c.

Subſtantiva in εμος; ut ἄνεμος. Hyperdiſſyllaba Primitiva in ηλος; ut βέβηλος, κάμηλος: Item adjectiva diſſyllaba, ut δῆλος. Adjectiva hyperdiſſyllaba in υνος; ut πίσυνος. Materialia & colorem connotantia in ινος; ut λίθινος, κόκκινος. Superlativa in τος; ut ἄριστος, πλεῖστος. Finita in ατος non verbalia; ut πύματος: ſic θάνατος, κάματος. Numeralia in τος non præcedente σ; ut πέμπτος, item πόστος. Multa in ις redundantia in genitivo (contra regul. pag. 249.) ut θέμις, ιδος, ιστος: Plura in ιδος vel ιος; ut βᾶρις *navis oneraria*, Πάρις *Paris*, σύβαρις *deliciæ*, μῆτις *conſilium*, τίγρις *tigris*, τῆλις *fænogræcum*, &c.

Compoſita omnia retrahunt tonos ſimplicium, quæ terminantur in brevem; ut φιλόσοφος, παμποίκιλος, πάροικος. Excipiuntur Oxytona (pag. 246.) Paroxytona (pag. 252.) circumflexa (pag. 257.) antecircumflex. (pag. 258.)

Compoſita ab α, δυς, & ευ, eximuntur à numero Oxytonorum in ος; (p. 246.) ut ἀνάγωγος, εὐάγωγος, δυσάγωγος, &c. Huc refer δύσνοος, εὔνοος (pag. 252. l. 26.)

Adjectiva compoſita in ις ιδος, ι brevi, ſunt antepenacuta; ut δύσελπις. Subſtantiva item compoſita, non oriunda à ſimplicibus in ις, ut ἄκοιτις, ἵππουρις. Compoſita quoque à δεσμὸς (contra reg. p. 246. l. 28.); ut σύνδεσμος.

Quædam compoſita in αῖος, εῖος, οῖος, εῖον, retrahunt accentum in antepenultimam contra reg. p. 258. l. 15. nempe compoſita à γῆ, ἀλωαῖος, ἐσχαῖος, λεῖος, οἰκεῖος, παρειά, σπονδεῖος, βοῦς, γελοῖος, φλοιὸς, λεία; ut ὑπόγαιος, ἐπαλώαιος, πρόχαιος, ἀωρόλειος, φιλοίκειος, κεῖος, καλλιπάρειος, διαπόνδειος, δωδεκάβοιος, φιλογέλοιος, τανύφλοιος, ἀκρόλειον.

Accedunt hiſce particularia non pauca diverſimode terminata, quæ juxta ordinem ſuprà poſitum ità centuriantur.

Declinationis tertiæ in ος:

Aliqua nomina in αος, αυος, υος: ut ἵλαος *propitius*, αὖος *ſiccus*, πήχυος *cubitalis*, σῶος *ſalvus*.

Inuſit. ἄος *ſpiritus*, Δέριος *nomen fluvii*, ἴαυος *cubile*.

Subſtantiva quædam:

1°. In μος tam primitiva, quàm derivata, ſive verbalia; ut Αἷμος *Hæmus*, ἄμμος & ψάμμος *arena*, ἄρταμος *coquus*, βρῶμος *fætor*, γάμος *nuptiæ*, δεῖμος *terror*, δῆμος *populus*, θάλαμος *thalamus*, θέρμος *lupinus*, θύμος *thymus*, Κάδμος *Cadmus*, κάλαμος *calamus*, κέραμος *terra figularis*, κόσμος *mundus*, κύαμος & πύαμος *faba*, κῶμος *comeſſatio*, μῶμος *reprehenſor*, ὄγμος *ſulcus*, οἶμος *ſemita*, ὅλμος *mortarium*, ὅρμος *monile*, ὄρχαμος *princeps*, πλεῦμος *pulmonis vitium*, πλόκαμος *cincinnus*, πλόμος & φλόμος *verbaſcum*, πότμος *fatum*, Πρίαμος *Priamus*, Πάτμος, Σάμος *locorum nomina*, σῖμος *piſcis*, σκινδάλαμος *aſſula*, σκόλυμος *carduus*, τόρμος *modiolus rotæ*, χῶμος *agger*, ὦμος *humerus*.

Inuſit. βόρμος *avena*, ζεῦμος *turbo*, ἔλαμος *via*, κάσχαμος *hedera*, κίνερμοι *piſces quidam*, κνῆμος *radius rotæ*, κόμμοι *molares*, μάμμος *ſervus*, λίνμος *arena*, μύρμος *metus*, νάθμος & νάθυμος *ſaxum in mari latens*, νίρμος *pediculus*, νοῦμμος *nummus*, ὄλαυμος *blatero*, ὄρυμος *ara*.

2°. In σος: βύσσος *byſſus*, βρέσσος *echini ſpecies*, κυπάρισσος *cupreſſus*, νάρκισσος *narciſſus*, Νέσσος *Neſſus*, ὄσσος *oculus*.

Inuſit. ζεάσσος *barritus*, θρίσσος *piſcis genus*, κόσσος *colaphus*, μάλασσος *collum*, σόσσος *dioptra*. Adde & λῶρος *lorum*, οἴναρος *pedamentum*.

3°. In τος: ἔμετος *vomitus*, ἕργετος *ſepimentum*, κάπετος & σκάπετος *fovea*, πότος *potus*, φόρτος *onus*.

Adjectiva quædam.

1°. In κος: ἄρεσκος *blandus*, θαῦκος *audax*. Inuſit. λαῦκος *terribilis*.

2°. In λος: ἄλλος *alius*, βάταλος *mulieroſus*, δαίδαλος *ingenioſus*, δείελος *meridianus*, ἴκελος *ſimilis*, ἔωλος *heſternus*, ἴξαλος *impetuoſus*, κόβαλος *loquax*, κοῖλος *cavus*, κόλος *mancus*, λάλος *loquax*, μάχλος *laſcivus*, ὅλος *totus*, πέμπελος *ſenex*, σκίταλοι ι ί *es*, φαῦλος *parvus*, φίλος *amicus*. Item ἧλος *clavus*, ζῆλος *fervor*, φῆλος *inſidiator*.

Inuſit. δίαλος (pro δῆλος) *manifeſtus*, ἴωλος *niger*, κίνδωλος *maleficus*, μίγδαλος *commixtus*, μίσελος *ſordidus*, σίπαλος *deformis*.

3°. In νος: αἴθινος *ardens*, αἴλινος *lamentabilis*, ἀνθρώπινος *humanus*, ἄσμενος *libens*, βάσκανος *invidus*, δύστηνος *infelix*, ἔνος & ἕνος *antiquus*, κοράκινος *corvinus*, ἰκμαλος *madidus*, μαλθάκινος *mollis*, μόνος *ſolus*, ξένος *hoſpes*, ὄδμηνος *olidus*, πέπανος *maturus*, πρεῖνος *alatus*, σύϊνος *ſuillus*, σάννος *fatuus*, ταλαύρινος *audax*, τρύγινος *fecatus*, τρύχνος *mollis*, χαῦνος *laxus*.

4°. In ρος: ἄκρος *extremus*, ἁλίαρος *ſalſus*, βάρβαρος *barbarus*, γαῦρος *ſuperbus*, δεύτερος *ſecundus*, θοῦρος *impetuoſus*, κάρχαρος *aſper*, κραῦρος *aridus*, λάληθρος *loquax*, λαῦρος *latus*, λοίδορος *convitioſus*, λόφυρος *criſta inſignis*, μάρμαρος *albus*, μέρμερος *curioſus*, παῦρος *paucus*, πέλωρος *ingens*, πέπειρος *maturus*, πόνηρος *laborioſus*, σκαῦρος *qui extantes habet talos*, σκόλυθρος *humilis*, φλαῦρος *vilis*, χῆρος *viduus*. Inuſit. κύβειρος *impudens*, ῥάρος *robuſtus*.

5°. In τος: ἄητος *magnus*, ἕκαστος *unuſquiſque*, λήϊτος *publicus*, οὗτος *hic*. Inuſit. ἄμβλυτος *obtuſus*, μάψαυτος *fruſtraneus*, νῆτος *plenus*, πλάκτης *errabundus*. Quibus adduntur quædam Subſtantiva in στος: ἄκαστος *acer, arbor*, Ἥφαιστος *Vulcanus*, κίστος *ciſtus*, Λώπιστος *Palamedis nomen*, νόστος *reditus*, πλατάνιστος *platanus*.

Compoſita ſequentia in ἄγωγος, ἄμοιβος, &c. (pag. 246.) acuunt antepenultimam: 1°. Subſtan. pleraque ut Πολύκλειτος *Polycletus*, ἱεράμοιβοι *vates ſacri*, μαίνυεργος *piſcis genus*, Θεόπομπος *Theopompus*, Αἴσωπος *Æſopus*, &c. 2°. Adjectiva quædam; ut παράγωγος *deductivus*, θεόκλυτος *a Deo honoratus*, ναυσίκλειτος & ναυσίκλυτος *navibus inclytus*, ἀμφίεργος *utrinque focillatus*, ἑκάεργος *procul arcens*, ἡμίεργος *imperfectus*, κάτεργος *cultus*, πάρεργος *qui eſt præter opus*, περίεργος *curioſus*, πολύεργος *operoſus*, ὠκύπομπος *celeriter vehens*, ναυσίπομπος *naves promovens*, πολύφορβος *multa nutriens*, πάμφορβος *omnibus pabulum præbens*, μονόφορβος *ſolus paſcens*.

In τον quædam (contra reg. 248.) ἄλφιτον *farina*, ἄριστον *prandium*, βόλιτον *ſtercus boum*, βρύτον *potus hordeaceus*, θρέπτρον *educationis præmium*, θύϊστον *potus aromaticus*, πρόβατον *ovis*, σάββατον *ſabbatum*, σκῆπτρον *ſceptrum*, σπάρτον *rudens*, τάλαντον *talentum*, πίλτον *condimenti genus*, φρύγετον *ſartago*. Inuſit. καίατα *foveæ*, κύβιτον *os cubiti*, λαΐτον *archivum*, item κίκιμον *fimus cornicis*, μόρμον *pars currus*.

In quintâ declinatione, &c.

1°. In ις-ιδος: (contra reg. 249.) ἄγρωστις *herbæ genus*, ἄμυστις *largus hauſtus*, Ἄρτεμις *Diana*, Ἀτέργατις *Dea quædam*, αὖλις *aula*, γύννις *effœminatus*, δάπις *tapes*, δαῦπις vel δῆπις *fax*, ὀπίδεις *pars corporis*, ἔρις *lis*, Ἶβις *avis quædam*, Ἶσις *Iſis*, κάλπις *urna*, Κύπρις *Venus*, μύτις *naſus*, ὄπις *vindicta*, σίνις *noxius*, τρᾶμις *foramen*, φύξηλις *fugitivus*, τᾶλις *nubilis*.

Inuſit. βάλλις *herbæ genus*, βρύτιδες *mulieres quædam*, δέλλιδες *veſpæ*, ἐρείκιδες *hordea craſſius diviſa*, θράνιτιδες ſive θρανίτιδες [κῶπαι] *remi quidam*, ἔπιδες *captioſæ argumentationis*, τρόπηλις *faſciculus alliorum*, φιλέταιρις *herbæ nomen*.

2°. Paucula in υς & τυς (contra reg. 249.) ἥμισυς *dimidius*, θῆλυς *fœmineus*, Δίκτυς *Dictys*, ἴτυς *circumferentia*, Κότυς *Deus turpitudinis*, μάρτυς *teſtis*, πίτυς *pinus*, μίτυς *excrementum ceræ*.

Inuſit. μόττυς *exolutus, languidus*, πόλτυς *pluteus*, φῖτυς *pater*.

Nonnulla in ξ (contra reg. p. 250. l. 2.) ut ἀντίπηξ *arcula*, ἐπίτεξ *vicina partui*.

Proparoxytona terminationes habentia paroxytonorum.

Quædam Nomina: contra regulam pag. 251.

In ιλος: αἴγιλος *herba capris grata*, ἄργιλος *terra argilla*, βάρβιλος *arbor Perſica*, ξύσιλος *raſilis*, ὅμιλος *agmen*, στρόβιλος *turbo*.

Inuſit. ἄρκιλοι *catuli urſorum*, εἴσπνιλος *amator*, ἔχυλος *locus ubi tenetur temo*, κάμιλος *funis nauticus*, κέκιλος *qui vocem edit exilem*, κόρθιλος *avis genus*, τάγιλος *parcus*, item ἄδισκος *menſuræ genus*.

In υλος: ἀήσυλος & αἴσυλος *improbus*, ἄκυλος *glans*, δάκτυλος *digitus*, κάνδυλος *edulii genus*, κόνδυλος *digiti articulus*, κότυλος *cotyla poculi genus*, μίτυλος *mutilus*, ὄσμυλος *ozæna*, πίτυλος *ſtrepitus aquæ*, σπόνδυλος & σφόνδυλος *vertebra*. Minus uſitat. αἴγυλος *abſceſſus inter nares*, αἴδυλος *audax*, βαίτυλος *lapidis genus*, βάκχυλος *panis libatorius*, βούκυλος *ovillus*, ἴτυλος *orbus*, κόρδυλος *piſcis genus*, μόρμυλος *mormyra*, φείδυλος *parcus*.

In λεος: ἔλεος *miſericordia*, ἵλεος *propitius*, κήλεος *ardens*, κονισάλεος *pulverulentus*, μέλεος *vanus*, τέλεος *perfectus*, ὑάλεος & ὑέλεος *vitreus*, χαμαίλεος *chamæleon*.

Compoſita omnia cum nomine à præterito medio verbi ἔχω antepenultimam acuunt, etiamſi activè ſignificent: ut γαιήοχος. Alia quædam: ἁλίδρομος *mare percurrens*, βούπορος *boves transfigens*, βούτυπος *boves cædens*, ἐγχέσπαλος *haſtam vibrans*, θεόστεργος *Deum amans*, κερτόμος *cor ſcindens*, μακρόδρομος *longa ſtadia percurrens*, πάνσκοπος *omnia intuens*, παντότροφος & πάντροφος *omnia nutriens*, συγκαμήδορος *fatuus*, ὑγρόπορος *humida permeans*.

In ιον Proparoxytona quædam orta ab oxytonis (contra reg. p. 252.) Αὔλιον *ſtabulum*, ab αὐλή. Βήχιον *tuſſilago*, à βήξ-χός. Βλαίσια *blæſa*, à βλαισά. Βλήχιον *leguminis genus*, à βληχρόν. Βούνιον *napi genus*, à βουνός. † Γάνδιον *arcula*, à γανδός. Γάστριον *edulii genus*, à γαστὴρ-στρός. † Γλούτιον *naticulæ*, à γλουτός. Κίσσιον *parva hedera*, à κισσός. Κτένιον *pectunculus*, à κτείς-ενός. † Λάβιον *parvum manubrium*, à λαβή. Λάγιον *lepuſculus*, a λαγός. † Λόβιον *gibba pars hepatis*, à λοβός. † Μόργιον *genus menſuræ*, à μοργή. † Ξάνθιον *lappa*, à ξανθός. Ξύριον *novacula*, à ξυρός. Ὄπιον *opium*, ab ὀπός. Ῥάγιον *acinus parvus*, à ῥάξ-γός. Σπόδιον *cinerula*, à σποδός. Σφάγιον *parva victima*,

ctima, ἀ σφαγῆ. Σχόλια *commentarii*, ἀ σχολῆ. † Φήγιον *parva fagus*, ἀ φηγός. Φλέβιον *parva vena*, ἀ φλὲψ-βός. Φόρβιον *nomen herbæ*, ἀ φορβή.

Proparoxytona terminationes habentia antecircumflexorum.

Nomina quædam :

1. In αιος (contra reg. pag. 257.) ἀγέλαιος *rudis*, ἀγόραιος *faſtus dies*, Ἀθήναιος *Athenæus*, Ἀχέσταιος *nomen nautæ*, Βαρτίμαιος *viri Nomen*, βέβαιος *firmus*, βίαιος *violentus*, δείλαιος *miſerabilis*, δίκαιος *juſtus*, ἔλαιος *olea agreſtis*, ἐπιπόλαιος *ſuperficialis*, κράταιος *herbæ nomen*, μάταιος *vanus*, προσφάταιος *recens*, Ὑμέναιος *Hymenæus*. Compoſita, ἀκροκνέφαιος *veſpertinus*, ἀποτρόπαιος *malorum averſor*, προστρόπαιος *ſupplex*, ἔμπαιος *peritus*, λευκόφαιος *ex albo & fuſco mixtus*, περιδέραιος *circumcollaris*, περιτόναιος *circumtentus*, σύνναιος *cohabitator*.

Inuſit. κάγκαιοι *bulbi*, κέραιος *palus*, κύλλαιος *cincinnus*, μάλαιος *vanus*, μίσκαιος *hortus*, σίραιος *defrutum*.

2. In ειος, quæ deſcendunt ab oxytonis: (contra reg. p. 257.) ἀέτειος *aquilinus*, αἴγειος *caprinus*, Ἀπέλλειος *ad Apellem ſpectans*, ἄρνειος *agninus*, Ἀσκληπίειος *ad Æſculapium pertinens*, αὔλειος *ſtabularius*, Ἀχίλλειος *Achilleus*, βασίλειος *regius*, βόειος *bovinus*, Βόρειος *Borealis*, βρότειος *mortalis*, γόργειος *terribilis*, ἐπιτήδειος *idoneus*, θήρειος *ferinus*, Ἡράκλειος *Herculeus*, θάλειος *virens*, Θηρίκλειος *ad Thericlem ſpectans*, καθάρειος *purus*, κεραύνειος *fulmineus*, κύνειος *caninus*, λάγειος *leporinus*, νέβρειος *hinnuleus*, Ὀδύσσειος *Ulyſſeus*, οἴειος *ovinus*, παίδειος *puerilis*, περιστέρειος *herba quædam*, προίκειος *dotalis*, στρούθειος *paſſerinus*, σύειος & ὕειος *ſuillus*, χήνειος *anſerinus*, ὠκεάνειος *ad Oceanum ſpectans*. Comp. ἐμφώτειος *ad baptizatum pertinens*, περιτόνειος *circumtentus*. Inuſit. γέγειος *antiquus*, item πάρειος *mitis*. Comp. ἄποιος *qualitatis expers*, γονόρροιος *qui ſeminis profluvio laborat*.

3. In ειον : Ἀλαλκομένειον *urbs Bæotiæ*, Ἀνάκειον *templum Dioſcurorum*, ἄρκειον *herbæ genus*, γένειον *barba*, γήτειον *plantæ genus*, δάνειον *fœnus*, ἐχίειον *herbæ genus*, Ἡρώειον *monumentum Herois*, θέειον pro θεῖον *ſulphur*, Ἴσειον *fanum Iſidis*, καστάνεια *nuces caſtaneæ*, μηχάνειον *machina lignea*, κηρύκειον *caduceus*, κλιμάκειον *ſcala*, κυάθειον *cyathus*, κώνειον *cicuta*, Λαύρειον *locus Atticæ*, Λαύτεια *dona quædam*, Λέπρειον *nomen urbis*, οἰσύπειον *ſordida ovium lana*, Ὀλυμπίειον *nomen loci*, ὄστρεια *oſtrea*, πήνειον *ſtamen*, Σίγειον *Sigeum*, σκιάδειον *umbraculum*, τροχάλειον *orbis*, ὑμένειον *membranula*, χειρώνειον *centaurium*, χέλειον *operimentum teſtudinis*. Compoſita : ἐπίνειον *navale*, [illegible] *malum Punicum*.

Inuſit. Ἥλειον *fanum ſolis*, βρύτειον *potio hordeacea*, γήρειον *ſeneſcentia*, ἐπίσειον *pubes*, ζώτειον & ζάστειον *piſtrinum*, μελίδειον *favus*, μνήτεια *dona nuptialia.*

Addi poſſunt plura ſubſtantiva in ειον, ab adjectivis in ειος manantia; ut βασίλειον *regia* à βασίλειος, γόργειον *terriculamentum* à γόργειος, κυκλώπειον *mons Libyæ* à κυκλώπειος, Λύκειον *Gymnaſium Atticum* à Λύκειος, Ὄνειον *mons Corinthi* ab ὄνειος.

Ex Hebraicis quædam tonum habent in antepenultimâ; ut Γόμορρα, Ἔφραθα, Σόδομα, Σάρεπτα; ſed Σαρεπτὰ 1. Reg. 17. 9.

In numeralibus compoſitis minor numerus poſtpoſitus retinet accentum; ut δεκαδύο: major rejicit regulariter; ut δυώδεκα.

ΔΙ'ΤΟΝΑ ſive ΠΟΛΥ'ΤΟΝΑ.

Nomina variis notata accentibus, in cæteris prorſus invariata.

A

Ἀβληχρὸς Ἄβληχρος	*debilis*
† Ἄβως † Ἀβὼς	*mutus.*
Ἄγκαλος Ἀγκαλὸς	*faſciculus.*
† Ἀγρηνὸν † Ἄγρηνον	*reticulum.*
† Ἀγριβεὸς † Ἀγρίβεος	*origanum.*
Ἄγροικος Ἀγροῖκος	*ruſticus.*
Ἀγυιὰ Ἄγυια	*vicus.*
Ἀγχίαλος Ἀγχιαλὸς	*Nom. Urbis.*
Ἀδαῖος Ἀδαιὸς	*ſufficiens.*
Ἁδρότης Ἁδροτὴς	*vigor.*
Ἁδρόχωεος Ἁδροχῶεος	*uberem habens terram.*
† Ἀιερὸς † Ἄιερος	*imperitus.*
Ἀέλλοπος Ἀελλόπος Ἀελλοπὸς	*velox inſtar turbinis.*
Ἄθροος Ἀθρόος	*conſertus.*
Αἰγίαλος Αἰγιαλὸς	*N. Urbis.*
Αἱμάλωψ Αἱμαλὼψ	*cruenta ſuffuſio in oculis.*
Αἷμος Αἱμὸς	*ſaltus.*
Αἰολόμητις Αἰολομῆτις	*vaſer.*
Αἰπόλη Αἰπολὴ	*caprile.*
Ἀκάνθιον Ἀκανθίον	*herba ſpinæ-ſimilis.*
† Ἀκρεὰ † Ἄκρεα	*crura.*
† Ἀκεινος † Ἀκεινὸς	*genus leguminis.*
† Ἀκεστὴς † Ἀκέστης	*ſanator.*
† Ἀκεσταὶ † Ἀκέσται	*vehicula.*
Ἀκὶς Ἄκις	*cuſpis.*
Ἀκρέμων Ἀκρεμὼν	*ramus.*
Ἀλάλη Ἀλαλὴ	*tumultus.*
Ἀλετὸς Ἄλετος	*molendiactio.*
† Ἄλητον † Ἀλητὸν	*farina.*
Ἁλὴς Ἅλης	*confertus.*
Ἀλεωρὰ Ἀλεώρα	*effugium.*
† Ἄλλομος † Ἀλλόμος	*cæcus.*
Ἄλμα Ἅλμα	*ſaltus.*
† Ἀλοῖται † Ἀλοιταὶ	*publica ſcorta.*
Ἀμαμηλὶς Ἀμάμηλις	*genus pyri.*
Ἁμαξία Ἁμαξιὰ	*via plauſtralis.*
Ἀμπρεὸν Ἄμπρεον	*lorum.*
Ἀμπέλινος † Ἀμπελινός	*viteus.*
† Ἀμόργη Ἀμοργὴ	*amurca.*

Ἀμυγδά-

Ἀμυγδάλη	amygdalus.
Ἀμυγδαλῆ	
Ἄμφιον	indumentum.
Ἀμφίον	
Ἄμφωτις	diota.
Ἀμφῶτις	
Ἀμφωτὶς	
Ἀνακαμψέρως	herba quadam.
Ἀνακάμψερως	
Ἀνδρότης	virilitas.
Ἀνδροτὴς	
† Ἄνη	effectus.
† Ἀνὴ	
† Ἀνόπαια	avis genus.
† Ἀνοπαῖα	
Ἀντηεὶς	pila.
Ἀντῆεις	
Ἀντήεις	
† Ἀντάκαιοι	cete ingentia.
† Ἀντακαῖοι	
† Ἀνθών	urbs Theſſaliæ.
† Ἄνθων	
Ἀπομαγδαλία.	offa canibus objecta.
Ἀπομαγδαλιὰ.	
Ἀπφῦς	pater.
Ἀπφὺς	
Ἀργὰς	ſerpens.
Ἀργᾶς	
Ἄργας	
Ἀργῆς	albus.
Ἀργὴς	
Ἁρματροχία	orbita.
Ἁρματροχιὰ	
Ἀρτοπῶλις	piſtrix.
Ἀρτοπωλὶς	
Ἀρειοπάγος	Areopagus
Ἀρειόπαγος	

Ἆσθμα	halitus.
Ἄσθμα	
Ἀσκλήπιον	Æſculapii fanum.
Ἀσκληπιῖον	
† Ἄστυρον	oppidulum.
† Ἀστυρὸν	
Ἀττάγας	attagen.
Ἀτταγᾶς	
Ἀτταγὰς	
Ἀχὴν	pauper.
Ἄχην	
Ἀχρεῖος	inutilis.
Ἄχρειος	

B

Βαιὼν	gobius.
Βαίων	
Βαλιὸς	celer.
Βάλιος	
† Βένδις	Diana.
† Βενδὶς	
Βολβίον	parvus bolbus.
Βόλβιον	
Βομβυλίος	apis genus.
Βομβύλιος	
Βόρος	edax.
Βορός	
Βύβαλις	lorum bubulum.
Βυβαλὶς	
Βραδυτὴς	tarditas.
Βραδύτης	
Βράγχια	ſpiracula piſcium.
‖ Βραγχία	

Γ

† Γαῖος	bos operarius.
† Γαιὸς	
Γαισὸς	contus.
Γαῖσος	
Γαλλὸς	ſpado.
Γάλλος	
† Γάρνον	pars rotæ.
† Γαρνὸν	
† Γαυσὸς	claudus.
† Γαῦσος	
Γίγγλυμος	ſpecies διαρθρώσεως.
Γιγγλυμὸς	
Γλαὺξ	noctua.
Γλαῦξ	
Γλίσχρος	parcus.
Γλισχρὸς	
Γοργύρα	canalis ſubterraneus.
Γόργυρα	
Γύλιος	vas militare.
Γυλιὸς	
Γυμνοπαιδιὰ	nudorum luſus.
Γυμνοπαιδία	
† Γύπη	vulturum nidus.
† Γυπὴ	

Δ

Δαιδαλέος	affabre factus.
Δαιδάλεος	
Δάλιον	facula.
Δαλίον	
Δαῦλος	hirſutus.
† Δαυλὸς	
Δειελινὸς	veſpertinus.
Δειέλινος	
Δειλινὸς	
Δείλινος	
† Δήγηρες	paſſeres.
† Δηγῆρες	
Δίκροος	bifidus.
Δικρόος	
Δικρὸς	biceps.
Δίκρος	
† Δίκυμα	gemellipara.
† Δικῦμα	
Δολιχὸς	ſtadium.
Δόλιχος	

Δορπιστὸς	tempus prandendi.
Δόρπιστος	
Δόχμη	palma.
Δοχμὴ	
Δυσάντης	inauſpicatus.
Δυσαντὴς	

E

Ἐθελημὸς	voluntarius.
Ἐθέλημος	
Εἴειον	lana.
Εἰείον	
Ἔκπλυτος	elutus.
Ἐκπλυτὸς	
Ἐλεᾶς	avis genus.
Ἐλέας	
Ἑλειόνομος	in palude degens.
Ἑλειονόμος	
Ἐπητὴς	prudens.
Ἐπήτης	
Ἐπικέρας	fœnogræcum.
Ἐπίκερας	
Ἔρεμβοι	Troglodytæ.
Ἐρεμβοὶ	
Ἐρεσσὸς	Urbs in Leſbo.
Ἔρεσσος	
Ἔρινον	caprificus.
Ἐρινὸν	
Ἔρινος	
Ἐρινὸς	
Ἑρκίον	ſeptum.
Ἕρκιον	
Ἑρμαῖος	mercurialis.
Ἕρμαιος	
Ἐρυθρινὸς	rubellio.
Ἐρυθρῖνος	
Εὔασλις	pulchras habens ſpicas.
Εὐασλὶς	
Εὔκλεια	celebritas.
Εὐκλεία	

Z

Ζαμψὴς	vehemens.
Ζαμψης	
Ζύθος	potus hordeaceus.
Ζῦθος	
Ζώντειον	piſtrinum.
Ζωντεῖον	

H

Ἠλύγη	obſcuritas.
Ἠλυγὴ	
Ἡμιθνὴς	ſemimortuus.
Ἡμιθνῆς	

Θ

Θαλαμιὰ	foramen per quod remus exeritur.
Θαλαμία	
Θαλῆς οῦ	Thales.
Θάλης-ητος	
† Θεμιστὸς	legitimus.
† Θέμιστος	
Θόλος	atramentum.
† Θολὸς	
Θορὸς	genitura.
† Θόρος	
Θρανίον	ſella.
Θράνιον	
Θεῖον	ficulnea frons.
Θείον	
Θυμὸς	glandula.
Θύμος	

I

Ἰάπετος	Iapetus.
Ἰαπετὸς	
Ἵδρωα	puſtulæ ex æſtivo calore.
Ἱδρῶα	
Ἰκτῖνος	milvus.
Ἴκτινος	
Ἴπνος	furnus.
Ἰπνὸς	
Ἶπος	muſcipula.
Ἰπὸς	
Ἷπος	
Ἶρις	Iris, dea, vel arcus.
Ἴρις	
Ἰστριανὸς	Iſtri incola.
Ἰστρίανος	
Ἰστριανὶς	
Ἰστρίανις	
Ἰχθὺς	piſcis.
Ἰχθῦς	
Ἰωρὸς	janitor.
Ἴωρος	

K

Καλλίεργος	pulchre factus.
Καλλιεργὸς	
Καλαῦροψ	pedum.
Καλαύροψ	
Κάλπις	urna.
Καλπὶς	
Καρκῖνος	cancer.
Καρκίνος	
Καταπλαστὸς	illitus.
† Κατάπλαστος	
† Καυρὸς	malus.
† Καῦρος	
Κέβλη	caput.
Κεβλὴ	
Κατωφάγας	lurco.
Κατωφαγᾶς	
Κεγχρεαὶ	N. loci.
Κεγχρέαι	
Κέρκουρος	navigii genus.
Κερκοῦρος	
† Κηδὰρ	locus tenebroſus.
† Κήδαρ	
Κηπίον	genus tonſuræ.
Κήπιον	

Κήρυλος

Κήρυλος	halcyonum masculus.
Κηρύλος	
† Κιλλὸς	aſinus.
† Κίλλος	
Κίτρειον	malum citreum.
Κιτρείον	
Κλείσιον	ſtabulum.
Κλεισίον	
Κλυδὼν	fluctus.
Κλύδων	
Κνακὸς	niger albis maculis aſperſus.
Κνᾶκος	
Κνισσολοιχὸς	lambens pinguedinem.
Κνισσολοῖχος	
† Κονιατὴς	tector.
† Κονιάτης	
† Κόρθος	novellum germen.
† Κορθὸς	
Κορυθαιόλος	variam indutus galeā.
Κορυθαίολος	
† Κοστὴ	hordca.
† Κόσται	
† Κόττος	gallus.
† Κοττὸς	
Κρανίον	caput.
Κράνιον	
Κρὰς	caput.
Κρᾶς	
Κριγὴ	ſtridor.
Κρίγη	
Κροκύδειλος	animal quoddā.
Κροκυδειλὸς	
Κρώβυλος	cincinnus.
Κρωβύλος	
Κτήδων	tridens.
Κτηδῶν	
Κύανος	color cæruleus.
Κυανὸς	

Κύμβιον	cymbium.
Κυμβίον	
Κυπρῖνος	cyprinus piſcis.
Κύπρινος	
Κυνόσουρα	Cynoſura.
Κυνοσουρὰ	
† Κυσὸς	nates.
† Κύσος	
† Κύφαι	ſpecies ſquillæ.
† Κυφαὶ	
Κωλέα ἣ	membrum.
† Κωλεὰ ἡ	
† Κωμακὸν	genus aromatis.
† Κώμακον	

Λ

Λάμπη	ſpuma vino innatans.
Λαμπὴ	
Λαμυρὸς	loquax.
In fine dictionum: Vocalis naturâ vel uſu brevis ante vocalem vel diphthongum ſequentem eliditur; ut ἐπ' ἐμέ. Relicta tenuis conſona, ante vocalem ſpiritu aſpero notatam, in aſpiratam vertitur; ut ἐφ' ἡμᾶς. vide p. 3. Apud poetas diphthongi αι, rariùs οι, breves cùm fuerint ratione accentuum, abjiciuntur; ut Βούλομ' ἐγὼ Il. ά. v.117. Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ Il. ζ'. v.165. Rariſſimè longæ η vel ου; ut εἰλαπίν' ἠὲ γάμος Od. ά. v.226. εὐφρόσυν' ὀλβιόμοιρα Orph. hymn. in lunam. ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς pro ἐμοῦ. Theocrit. Idyl. 15. v. 7. Elidunt interdum poetæ brevem ante conſonam, præſertim in præpoſitione παρὰ; ut παρ' μὲν οἱ ὥρια κεῖται Theocrit.

Oratores nonnunquam in fine clauſulæ, ſicuti in fine carminis poetæ, utuntur ſynalœphâ, ſi dictio inſequentis membri à vocali inceperit;

rit; ut οὐ μὰ Δί᾽. ἐπὶ τὸ Κρεῖσσον γὰρ &c. Lucian. Menipp. & Æac. ὡς οἷόν τε μάλιστ᾽, ἀποδείξασθε Demosth. in Midiam. —ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆν᾽ Αὐτοῦ — Il. θ΄. v.206,207.

Eliſionem pro arbitrio negligunt poetæ; ut τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπας Il. γ΄. v.204. Oratores conſtanter obſervant in præpoſitionibus: περὶ tamen & πρὸ poetis, eædem & ἀμφὶ oratoribus, vix unquam admutilantur.

Eſt tamen, ubi in proſâ aliæ quædam præpoſitiones non eliduntur: apud Demoſthenem de coronâ, ἀντὶ ſemel; ut ἀντὶ Ἑλλήνων· ἐπὶ decies in ψηφίσμασι.

Quinetiam plurimæ aliæ dictiones in proſâ interdum patiuntur ſynalœpham; frequentiores in α finitæ: quarum exempla ſuppetunt ex Demoſthenis oratione de cor. per Morellium editâ Pariſ. Anno 1570.

Subſtantiva neutra 5æ. ſimpl. in plurali; ut ἀδικήματα, μηχανήματα, πράγματα, ὑπομνήματα. rariùs in ſingulari; ut ἀδίκημα.

Adjectiva neutra 3æ. ſimpl. in plurali; ut ἄλλα, ἕτερα, πολλὰ, ὅσα, σύμμαχα. 5æ. ſimpl. in plurali; ut πάντα cum compoſitis: in accuſativo etiam maſculino ſingulari, alicubi.

Participia itidem 5æ. in neutro plurali; ut ὄντα, προσόντα: & in accuſativo ſingulari maſculino: ut γράψαντα, ἐροῦντα. Nonnullibi & neutra 3æ. in plurali.

Verba potiſſimum in ε, 2æ. pluralis: ut ἀπαγγείλατε, βούλεσθε, ἐστὲ, ἔχετε, ἥκετε, οἴεσθε, ὁρᾶτε, ὑπάρχετε: in ο, 3æ. ſingularis; ut γένοιτο, ἐβούλετο, ἐξεπέμπετο, ἐξήρπαστο, ἐπορεύετο, ᾤχετο. 3æ. itidem pluralis: ut ἐγίνοντο: infrequentiùs in ι, ſive 1æ. optativi: ut εἴποιμι: ſive 3æ. verborum in μι: ut δεῖ, cum compoſitis. Perpauca in α: ut οἶδα.

Adverbia tam in α finita, quam in aliâ brevi: ut ἡνίκα, δεῦρο, &c.

Certæ quædam dictiones penè ubique minuuntur: ἀλλὰ, δὲ, τέ, εἶτα, ἔπειτα, μάλιστα, ἕνεκα, ἵνα, τοῦτο, ταῦτα, Δία in jurando.

Iteratur thlipſis eleganter γοργότητος ſive celeritatis causâ: ut ἂν δ᾽ ἐφ᾽ ἃ: ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς: ἀδ᾽ ἀφ᾽ ἧς: ταῦτ᾽ ἐσθ᾽ ἅ: ἔπειθ᾽ ὅσον δεῖ μάλισθ᾽: ἅπανθ᾽ ὅσα βούλεσθ᾽ ὑμεῖς: &c. Demoſth. de cor. Perfrequenter apud poetas: ut χαλέπ᾽ ἄλγε᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοισι Il. έ. v.384.

In Novo Teſtamento ſolæ ferè præpoſitiones & ἀλλὰ vocalem abjiciunt. Ἀμφί, ἀνά, περί, πρό, nunquam amittunt, reliquæ in ſequentibus locis ſervant.

Ἀντὶ Matth.2.22.5.38.17.27. Luc.11.11.

Ἀπὸ Matth.1.17.2.1.8.11.15.1.20.29.24.27.27.9.51.57. Marc.3.8.22.7.1.4.10.46.15.38.43. Luc.8.43.16.18.19.42.23.51.24.13.47. Act.1.4.12.17.27.25.7.8.26.11.27. Rom.11.26.15.19. 1 Cor.7.10. Galat.4.24. Coloſſ.1.7. Heb.11.34. 2 Tim.2.19. Jud.14. Apocal.1.5.7.2.16.12.

Διὰ Matth.4. 14.8.17.12. 17.27.9. Johan.1.17. Act.10.36.28.25 Rom.2.16.5.21.7.25.16.27. 2 Cor.4.5.11.14.5.7. Galat.1.1. Epheſ. 1.5.3.9. Philipp.1.11. Tit.3. 6. Heb.7.9. 1 Pet.2.5.4.11.

Ἐπὶ Matth.10.18.21.5.24.7. Marc.2.21.26.13.8.9.16.18. Luc.3. 2.4.25.27.11.17.15.7. bis. 21.10. Act.4.9.13.31.19.10.34. Rom.10. 19. Eph.2.10. 1 Theſſalon.4.7. Heb.11.30.

Κατὰ Luc. 23.17. Act. 3.17.22.3.26.3. Rom.3.5.16.25. 1Cor.3.3. 9.8.15.32. 2 Cor.11.21. Galat.1.11.2.2.3.15.4.28. Eph.3.3. Philip. 2.3. Philem. 14. bis. 1 Pet. 4.6.

Μετὰ Matth.26.69.Marc.1.29.15.28.Luc.22.37. Johan.3.25. Act. 7.45.24.18.27.10.28.17. 1Cor.6.6. 2 Cor.6.15,16. Galat.1.18.3.17. Philip.4.6. 2 Theſſal.3.12. 1 Tim.2.9.4.3.4.14.6.6. Heb.7.21.9.19. 10.22.11.9.12.28.

Παρὰ Matth. 28.15. Marc.10.27. Luc.19.7. Johan.1.40.5.34.41. 44.Galat.1.12.

Ὑπὸ Matth.2.17.3.3.8.9.11.7. Marc.1.9. Luc.7.8.24.21.24. Act. 10.22. bis. 1Cor.4.3.10.29. Galat.3.22.4.2.5.15. Jacob.3.4. Jud.12. 1 Pet.2.4.

Ἀλλὰ in his Matth.9.18. Marc.2.17.22.17.5. Joh.6.39.10.1.11. 51.54. 1Cor.6.6.8. & 11. bis. 15.39. 2 Cor.1.9.2.13.9.12. Heb.5.4. Galat.4.2.17. 2 Johan. v.5. Apocal.10.7.

Aliæ dictiones per N.T. vix unquam perimuntur: legitur tamen τοῦτ' ἔςι Matth.27.46. Marc.7.2. Rom.10.6,7,8.

Eſt ubi δὲ cum compoſitis privatur vocali Matth.18 6. Marc.3.29. 8.35. Luc.10.8.10. 1Cor.14.21. Heb.8.4.9.18.25.13.5.

Omiſſio hæc Synalœphæ in ſacrâ paginâ, ſtudioſis in imitationem minimè commendatur.

Denique in ſolutâ oratione ratio & norma Synalœphæ eſt Euphonia, & numerus oratorius: In eâdem clauſulâ quandoque eædem voces & retinent & abjiciunt vocalem; ut in orat. de cor. εἶθ' Ἡγέσιππος, εἶτα Ἀριςοφῶν pag. 148. l. 1. οὔτε ἄποινα, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν p. 181. l. 27. μήτ' ὄντι, μήτε ὢν p.172. l. 15. ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων: ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην: ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν: ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ' ἐκκλησίαζον: ἐτριταγωνίςεις, ἐγὼ δ' ἐθεώρουν: ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον: ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἐπολίτευσαι, ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῆς πατρίδος p.148. l.10.11. &c.

Porro elegantiores, & magis Attici ſcriptores concurſum plurium vocalium tam in diverſis quam in eiſdem dictionibus, propter hiulcam, quam pariunt, κακοφωνίαν, anxiè devitant: proinde uti concurrentes in eodem vocabulo contrahunt vocales; ita in pluribus, ubi coeunt, priorem, quantùm licet, conſonâ ν ἐφελκυςικῷ claudunt; alias ſæpe elidunt.

In

In initio dictionum: Initialis brevis poſt finalem longam apud poetas non rarò perimitur; ut ὦ 'γαθέ Theocrit. Id. 5. v. 16. ἢ 'ρετῇ Euripid. ἀρετὴ 'στι Theogn. v. 147. μέλλω 'ξεμεῖν & ποιῶ 'σκεδασμένα Ariſtoph.

Ubicunque hæc eliſio contigerit in initio vel fine, dicuntur voces ſynalœpham pati, propter continuationem ſoni: properantiùs enim efferuntur, nullo facto interſtitio, ac ſi eſſent vox una.

Synalœpha propriè dicta dictiones (poſt factam thlipſin, ſynæreſin vel craſin) in unam contrahit.

Thlipſis fit: vel per apocopen; ut τἀργύρειον ταυτὸ Ariſtot. vel per aphæreſin; ut τἄργα τἀμά Soph.

Longa perimit brevem vel ancipitem ſequentem; ut μὴ 'νδίκει pro μὴ ἐνδίκει Ariſtoph. τὤντρῳ pro τῷ ἄντρῳ Theocrit.

Articulus præpoſitivus nonnunquam abjicit longam ante brevem; ut ἐκ τ' ἀφανοῦς Lucian. παρὰ τἀνδρός; Ariſtoph. ἐν τἀγαθῷ Dionyſ. Semper ferè ante longam; ut θἠμετέρου pro τοῦ ἡμετέρου Ariſtoph. θἠμέρᾳ pro τῇ ἡμέρᾳ Sophocl.

Synæreſis valde infrequens eſt; ut θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον Ariſt.

Uſitatiſſima Craſis; ubique ſubſcripto ι diphthongi, ſi exciderit; ut τοὐλάχιστον pro τὸ ἐλάχιστον, ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι Lucian.

Occurrunt hæ voces in N.T. per craſin coalitæ; κἀγὼ Matth. 16. 18. κἀμοὶ Luc. 1. 3. κἀμὲ Joh. 7. 28. κἀκεῖνος Luc. 11. 7. κἀκεῖ Matth. 5. 13. κἀκεῖθεν Act. 14. 26. τοὐναντίον Galat. 2. 7. τοὔνομα Matth. 27. 57. τουτέστι Rom. 7. 18. atque alibi.

Quoniam verò multifariàm variatur hæc craſis pro varietate dictionum, quæ coaleſcunt, uſitatiores quaſdam mutationes, per præpoſitivum ὁ & copulativum ϗ, deſcribere ſuffecerit.

Articulus ὁ vel οἱ, ſequente α; τὸ ſequente η vel οι; τὰ cum ο, communiter fit ω; ut ὤνεμος pro ὁ ἄνεμος, ὦρνες pro οἱ ἄρνες: θἄμισυ pro τὸ ἥμισυ: τὠκίδιον pro τὸ οἰκίδιον. τὤστέα pro τὰ ὀστέα. ὁ vel τὸ ſequente ε vel ο; οἱ ſequente ο, fit ου; ut οὑμὸς pro ὁ ἐμὸς, οὔλυμπος pro ὁ Ὄλυμπος, τοὐμφανὲς pro τὸ ἐμφανὲς, τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, οὑμοὶ pro οἱ ἐμοί: ο cum ε interdum fit ω; ut ὤλαφος pro ὁ ἔλαφος.

Καὶ, ſequente α, ε, vel ει, fit κα; ut κἀν, κἀγὼ, κᾆτα: ſequente οι vel ο, fit κω; κῷνον pro ϗ οἶνον vel ϗ ὄνον.

Πρὸ etiam, ſequente ε vel ο, contrahitur in ου; προὔργου, προὐλίγου pro πρὸ ἔργου, πρὸ ὀλίγου.

Voces per ſynalœpham contractæ unico notantur accentu, cujus ſedes ſemper eadem eſt; ut τἀρχαῖα, ὤνθρωπος. Diſſyllabæ penultimam, priùs acutam, ex craſi modò productam, circumflectunt; ut τοὖργον, τοὖπος, ὦνδρες.

Spiritus vtriuſq; dictionis ſervatur, quoties utraque à vocali incipit

&

& prior eſt diſſyllaba; ut ἐγᾦδα. Prior monoſyllaba tametſi eliſa, ſuo ſpiritu poſteriorem notat; ut ἅπαθον pro ἃ ἔπαθον, ὥδωνις pro ὁ Ἄδωνις. Quod ſi prior incipiat à conſona, poſterioris ſpiritus remanet loco apoſtrophi; ut τἀληθὲς, τἀναντία, χὤπως: amittitur frequentiùs in τȣτέςι.

Propter vocalem aſpiratam ſequentis, præcedens conſona tenuis aſpiratur, notam aſpirationis in ſe ſæpiſſimè abſorbens; ut θαμάξιον pro τὸ ἁμάξιον, φρȣ̃δος pro πρόοδος, φροιμιάζω pro προοιμιάζω. Similiter cum vocalis in fine non ſit eliſa; ut θοιμάτιον.

Hujuſmodi voces colliſæ ſi non cohæreant, ſuæ notæ ſingulis appinguntur; ut ὠ'ξ, χ' ὠ'κ, ὦ'νθρωπε.

Verùm immunem quaſi à legibus licentiam ſibi indulgent ſcriptores, qui in vocibus per ſynalœpham conflatis tum ſpiritum tum accentum variant: nonnulli enim valdè ἀνωμάλως ſcribunt ὥλλοι pro ὦλλοι, ὥρνες pro ὦρνες &c. in quibus diſſyllaba longa ante brevem acuitur, ſpiritúſque nominis, non præeuntis articuli appingitur; contra regulas modò præſcriptas.

Obtruditur quandoque ſpiritus tenuis pro aſpirato; ut ἐμȣ̓ποδώμει pro ἐμοὶ ὑποδώμει Laſcar. 95. pag. quandoque conſona tenuis; ut Κὤπαν ex κ' ὤπαν pro χὤπαν Id. 7. v. 53. rariùs conſona & nota aſpiratæ; ut θὤτερον Id. 11. v. 32.

Τȣ̃νεκα potiùs vox compoſitiva quàm per figuram contracta, conſonam cum ſpiritu tenuem habet; in qua ἕνεκα ε cum ſpiritu penitus amittit, defectu per apoſtrophum ſuprà notato. Idem de aliis, ſiqua iſtiuſmodi reperiantur, judicium eſto.

At neque prorſus authores eadem ſemper utuntur ſcriptura: legimus in Herodoto ὦλλοι l. 1. p. 18. ὤλλοι l. 2. p. 103. Sic apud Portum lexico Ionico, ſed in Dorico ὤλλοι. Sylburgius, in Etymologi indice, utrumque ponit ὦλλοι, ὤλλοι. At meliùs alibi analogiæ memor, ὥειςος quàm ὤειςος ſcribendum docet. Rectè Stephanus ſuo in Indice exponit ὥειςος, ὁ ἄειςος: ὦειςε ὦ ἄειςε: qui accuratè & diligenter conſimilibus analogam notationem adſcribit; ut ὧλλος, ὧλλοι, non ὥλλος, ὤλλοι. Quod ſi alia ſcriptio obvenerit; ut in Theocrito per ipſum edito Id. 18. v. 19. σφάλμα cenſendum eſt: aut, quod in Porti excuſationem dici poteſt, dialectus. Caninius vult ὤειςος *Æolice*, ὥειςος *Ionice*, (rectiùs *communiter*) ſcribi p. 70.

Sunt qui ſpiritum utriuſque addunt; ut ʽοὐπίτροπος, ὁ' πίτροπος Steph. in Ind. & Tom. 3. Theſ. & Paralipom. p. 85. Idem tamen regularius in Ind. & Tomo exhibet cæteras voces cum unico ſpiritu articuli; ut οὑμὸς, οὕπερος &c.

Probè diſtinguere oportet ſynalœpham quæ fit per ſolam thlipſin ab ea quæ conſurgit ex craſi: diverſæ enim ſunt & nota & quantitas.

Craſis enim producit vocalem & præponit illi notam; ut τἀμά: Thlipſis quantitatem non mutat, & notam poſtponit; ut τ᾽ἀμὰ. Utraque admittit coalitionem: quamvis Steph. videtur disjungere voces, quibus ſola thlipſis intervenit; ut τὰ ᾽μα: ſervato accentu prioris. Paralip. p. 85.

Porro poſt quamcunque eliſionem cautè obſervetur ſcriptura, ne oriatur de voce mutata dubium; ut γαλήν᾽ ὁρῶ Ariſt. ran. *tranquilla video*, non γαλῆν ὁρῶ *muſtellam video*: τήνδ᾽ ἐμοῦσ᾽ εἰσάγων Plutar. in Symp. *hanc vomentem inducens*, non τήνδε μοῦσ᾽ εἰσάγων *hanc muſam inducens*. Adhibenda eſt cautio eadem in augendis vocibus, nam οἷος τε εἰμὶ ſignificat *qualiſcunque ſum*, οἷός τε εἰμὶ *poſſum*.

Solebant ex priſcis ſcriptoribus nonnulli ſpiritum dictionis in compoſitione poſtpoſitæ ſervare; ut ᾽Ενὑάλιος, μελιηδὴς: interdum & tenuem pro aſpero accipere; ut ᾽Ευαἴμων. Diſtinctionis ergò adhibuerunt tenuem in propriis; aſperum in appellativis; ut Φίλἴππος *Philippus*, φίλἵππος *amans equorum*: ſic ἀσχίαλος & ᾽Ασχίαλος vide Euſtath. Il. έ. v. 79. & Od. ά. v. 105. Idem factitarunt nonnulli in compoſitis cum πρὸ, poſt contractionem; ut προὑχώρει, προὕβαινε &c. quam ſcripturam meritò Stephanus rejicit Paralip. p. 87.

Cæterùm de vocibus figuratè contractis inter viros graves non levis controverſia oboritur, an vocalis ι loco ſuo excluſa perpetuo ſubnotari debeat: quam ſubſcribendam autoritas & ratio poſtulant juxta reg. p. 3. Veritatem hanc ità univerſim amplexi ſunt Grammatici, ut eorum nemo quotquot ad manus noſtras devenerunt (Sylburgio, Gualptero & Rhenio exceptis) diverſum ſenſerit. In emendatiſſimis exemplaribus punctum habent ſubjectum, Laſcaris; ut κᾀγὼ p. 98. Gaza; ut κᾀπὶ p. 601. l. 5. Cleonardus cum Anteſign. ut κᾳμοὶ &c. p. 229. Moquotus; ut κᾳμοῦ &c. p. 224. Ramus: ut κᾀγὼ p. 294. Scotus: ut κᾀκεῖνος &c. p. 314. Caninius: ut κᾐγὼν &c. p. 23. Cruſius: ut κᾀγὼ p. 877. l. 5. Gretzerus: ut κᾆν &c. p. 298. Voſſius p. 160. &c. S.S. Biblia editionum omnium, Libri à Stephanis excuſi, à Turnebo, Aldo, &c. Julius Pollux, Budæus, Wolfius, Scaliger, Caſaubonus, &c. Aliorum, qui multo plurimi ſunt, nomina miſſa facimus: quæ infra in teſtimonium rei non diſſimilis adducuntur.

Subſcriptionem negligunt antiquiores, Etymologus, Heſychius, Favorinus, Euſtathius, Æmilius Portus: moderni, Frobenius, Gul. Morellius in Demoſthene, & præ aliis Wintertonus: quibus eliſa ι ex diphthongo præcedente, præcipuè ϗ, aboletur: ut ϗ ἂν κἄν: & ſubnotatur ſolum ex ſequenti: ut ὁ αἰπόλος, ᾠπόλος. Argumenti, quod afferunt, ſenſum faciliùs aſſequentur tyrones, ſi meminerint: 1°. quod propter vocalium concurſum fit thlipſis. 2°. quod vocales per craſin duæ vel plures in unam coeunt. 3°. Si per craſin facta vocalis rurſus ſubjectum recipiat ι, in diphthongum migrat per ſynæreſin: Quibus præcognitis argutè diſputat Wintertonus (forſan, ex Etymologo, ad voces τῇμῇ vel ἐμῷκυμόρῳ; aut ex Porto, ad vocem ὦλλοι) fieri non poſſe ſynæreſin ex ι media inter vocales per craſin coaleſcentes, ideoq; thlipſin inducit, quæ abradit ι intermediam antequam Craſis extremas collidit, nempe ex ϗ ἂν καὶ ἂν, κᾆν, ex οἱ ἄλλοι, ὁ ἄλλοι, ὦλλοι. Mirum ſanè θλίψεως commentum! Subtiliſſima circumlocutio! Quid moras nectimus tyronibus? citra opem alterius figuræ, quàm expeditè fit craſis, ϗ ἄν, κᾄν; οἱ ἄλλοι, ᾤλλοι? Diphthongi elidi ſubjunctivam, manente præpoſitivâ, quis in poeſi conceſſerit? in proſâ quis tulerit? Poſt vocales, non inter ipſas, poſitam ι excidere, & ſubnotari? ſatis dogmaticé. In extremis vel medio, ubique ι immutabilis eſt; ſubſcriptio ipſius non ex poſitione, ſed ἀμεταβολίᾳ provenit; quæ cum omninò ſit mutationis expers, ſemper poſt craſin ſupereſt integra, non interempta, non variata, niſi ubi in locum illius ſuccedit altera Subjunctiva; ut ἐμοὐποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει: aliàs individua comes vel adhæret vel ſubjicitur; ut τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον; ϗ ἐγὼ, κᾀγώ.

Quod ſi duæ ſimul ι concurrant, punctum unum utriuſque index eſt; ut ϗ εἶτα κᾆτα.

Laſcaris cum quibuſdam aliis mentionem θλίψεως facit, minimè ſanè rejiciendam, ſi ſignificet *extruſionem* non *expunctionem* vocalis ι; quam quidem per craſin ſolvi, loco extrudi, & infrà poni nemo non fatetur: ibidem tamen punctum ſubnotat, ubi thlipſin agnoſcit p. 94. & alibi. Etymologus (ad verba Homeri, τῇμῇ, τῷμῷ & ἐμῷκυμόρῳ) dicit: ἐκθλίβεται τοῦ ἄρθρου τὸ ι, ϗ κίρναται τὸ η vel ω cum ε εἰς η vel ω, χωρὶς τοῦ ἰῶτα: ex quibus verbis exiſtimantur alii θλίψεως aſſerendæ rapuiſſe anſam, quæ ab Authore non datur. Euſtathius enim tum Romæ, tum per Froben. editus, Stephanus, &c. elidunt ι & appingunt ι ſub η vel ω. Æmilius Portus, qui (ad voces ὤλλοι, ὤρνες) θλίψιν exponit, alibi ſubjunctâ ι facit ſynæreſin; ut κᾆξ, κᾀμφιστειλαμψία, &c. in Lexico Dorico. Cùm itaque nihil certi proferatur ab hujus puncti adverſariis, ex generali regulâ, uſuque probatiſſimo retinenda ſemper eſt ipſius notatio; neque fidem receptæ veritatis elevet unus vel alter, qui contra torrentem ſcriptorum penè omnium ſcapham impellere nituntur. Permovit fortaſſe eos omiſſum aliquando hoc punctum, vel diſtinctionis causâ; ut χὢ pro ϗ ὁ, χὡ pro ϗ ὁ: vel etiam more Dorico; ut rectè Scotus p. 119. & 314.

Non aliò commodiùs referenda eſt diſceptatio de puncto verbis ſubſcripto, præcipue Infinitis in ᾷν.

Infinitivus in ᾶν ſub ſe exigit ι. per. reg. p. 5. l. 19.

Gaza format præſens infinitivi à præſenti indicativi, addito ν, p. 216. l. 2. (Caninius etiam p. 77. affirmat *Gazam velle diphthongum in omnibus infinitivis*) Laſcaris itidem p. 259. qui diſertis verbis fatetur ſubſcribi ἀναλόγως p. 200. & rurſus p. 293. ubi ſubnotationem puncti fuſiùs perſequitur. Grammaticos ſui ſæculi idem ſenſiſſe perhibet Urbanus p. 212. Poſterioris ævi, Sylburgius, Ramus, Cruſius, Rhenius, Gualpterus, Cleonardus, Gerſon, Voſſius, atque alii quos vidimus: Editiones omnes SS. Bib. veteres ſcholiaſtæ in Dramaticos, libri quotquot à Stephanis evulgati, conſtanter ſubnotant. Idem faciunt Viri Ἑλληνικώτατοι, (quibus ſingulis ſpecimen unius ſaltem operis hic adjicitur:) Julius Pollux in Onomaſtico, Æmilius Portus in Lexicis, Budæus in commentariis, Wolfius in Demoſthene, Benedictus in Luciano, Scaliger in Euſebii Cronicis, Caſaubonus in Strabone & Polybio, Savilius in Chryſoſtomo, Carolus Morellius in editione patrum Pariſienſi, Plantinus in Stobæi Eclogis, Aldus in Demoſthene 1527. in Themiſtio 1534. Petavius in Epiphanio, Grotius in Evangeliis, Salmaſius in commentariis ad Simplicium, Heinſius in ſuis annotationibus ad poetas, Wintertonus in minoribus poetis, Duportus in Eccleſiaſte. Quid opus eſt catalogo? Omnes penè, qui editiones librorum elegantiùs adornârunt, uno quaſi conſenſu ſubnotationem comprobant. Ratio ſubnotandi eſt.

1ª. Regula ſuperiùs poſita. 2ª. Analogia, cujus ſuprà meminit Laſcaris, τιμάειν τιμᾷν, ſicut τιμάεις τιμᾷς: præſertim quum ι ſit quodammodo characteriſtica infinitivi activi; ideoq; Æoles adſcribunt ι verſo ᾷν in αις, ut γελαῖς pro γελᾷν. 3ª. Diſtinctio: quis enim, dempto ι, genit. Doricum τιμᾶν, νικᾶν, & infinitivum τιμᾷν νικᾷν poterit internoſcere?

Ex veteribus tamen nonnulli, pauciores ex modernis ſubſcriptionem negligunt. Theodoſium, Herodianum, Etymologum, Urbanum, Caninium, Scotum eâ mente fuiſſe docet regula ab aliis per manus tradita & accepta. Heſychium, Favorinum, Euſtathium, Didymum editiones ſolæ in id conſenſiſſe arguunt. Quibus accenſeri poſſunt Turnebus in Philone & Sophocle, Frobenius in Joſepho, Gulielmus Morellius in Demoſthene, Claudius Morellius in Libanio & Chryſoſtomo, Sonnius in Dionyſio Areopagitâ & Baſilio, Aldus in Platone membranis impreſſo & in Iſocrate, aliique perpauci obſcurioris notæ, quia ex incuriâ forſan, ne dicam inſcitiâ, punctum hoc omiſiſſe exiſtimentur.

Theodoſius, & Herodianus hujus ſententiæ Patres præſens infinitivi circumflexi ab imperfecto arceſſunt: Dura nimis & anomala formatio; cum tempora ſimilia à ſimilibus formari uno omnes ore clamitent.

Præſens ab imperfecto manare? præpoſterum! Βοᾷ βοᾷν, ſimpliciſſima, penè nulla mutatio: ἐβόα βοᾶν, abſona multiplex & prodigioſa detorſio; non ſignificatio, non accentus, non ſyllabarum numerus ſervatur, magno opere vexatur tota dictio, ut ſemiliterula tandem perimeretur.

Perimendi cauſam Etymologus adjecit; *verba*, inquiens, τὸ ἀνεκφώνητον *ante ν non admittere*: Quid illud ἀνεκφώνητον? vocalem obmuteſcere intelligit, ut quæ conſtituat diphthongum ἄφωνον; non (ut falsò interpretatur Urbanus pag. 212.) *quæ nullum edit ſonum*; ſubſcripta enim vocalis ſonum addit, licet confuſum, aut ex illâ non omninò fit diphthongus. At ſilens vel ſonans quidni ante ν perinde atque alias conſonas ſcribatur? nulla κακοφωνία impedit, ut in his, ἐῳνοχόει, ἐπῄνουν, πέφῃνα, μέμῃνα, &c. Si ν finale intelligat; in illis itaque apocopen paſſis πέφῃν᾽, μέμῃν᾽ num ι expungitur? Quinimò nec ι, in verbo magis quam nomine, auribus diſplicet Atticis; quorum genitivus dualis ὄρεῳν, εὔγεῳν, quàm elegans, quàm frequens! & in linguâ communi, νῷν, σφῷν! Quid multa? Infinitivus in ῆν pro εῖν ι mutum ante ν retinet; ut ἐλθῇν: vide Laſcarin p. 293. ſic χανῇν in Lexico Dorico Porti.

Subtilius conatur Urbanus obliterare hoc punctum; qui deductionem minùs ſpuriam, non magis tamen ferendam, ex præſenti commentus eſt (pag. 212. editionis Venet. 1557.) in fine enim præſentis —άει, ſolvit dipthongum ει. elidit, ι, relictas αε contrahit; ambagibus hiſce uſus, ut à communi opinione, & quaſi à viâ regiâ ſolus vel cum paucis aberraret.

Pari circuitione infinitivis in ȣ̃ν thlipſin inducunt ante factam craſin: ubi tamen ȣ ex όει tam in verbis, quàm nominibus poteſt per craſin ſolam coaleſcere; ut μελιτόεις μελιτȣ̃ς, χρυσόειν χρυσȣ̃ν: in quibus neceſſariò excidit ι, nec ſubſcribitur; quoniam ȣ non eſt è numero diphthongorum quæ punctum ſibi ſubjiciunt (p. 2.) vel quia υ pro ι ſufficitur, & Æolicè redit; ut ὑψοῖς pro ὑψȣ̃ν. Laſcaris p. 259. l. ult.

Urbani argutias paucis complexus eſt Scotus pag. 214. de veritate tamen earum incertus, nec ſibi conſtans, adjungit *quoſdam ſubſcribere, quoſdam non ſubſcribere*, atque ita rem in medio relinquit. Aldus in tantum à mente Urbani diſſentit, ut in editione ipſius (contra reg. p. 212.) apponat ι & paradigmati Infinitivi pag. 380. & exemplo regulæ pag. 212.

Vetuſtiores ſiquis pergat objicere codices puncto carentes, Heſychium & Favorinum; optimos ſanè anthores hâc ex parte peſſimè in exemplum adducit; qui, non minus in præſenti Indicativi quam Infinitivi, frequenter egent ſubſcriptione; ut ἡβᾷ ἡβᾷν, ὁρᾷ ὁρᾷν, ὀργᾷ ὀργᾷν, ὁρμᾷ ὁρμᾷν, item ἐργᾷ pro ἐργάσῃ, &c. Idem dicendum eſt de

Euſtathio per Frobenium edito, in quo præſentis punctum deſideratur ſæpiùs quàm ſubjicitur; ut μνωοινᾶς. Od. β'. v. 275. & v. 286. μνωοινᾷ. Od. β'. v. 34. δαμνᾷ. Il. ξ'. v. 199. ὁρᾷ. Od. δ'. v. 833. & ξ'. v. 44. cum multis aliis. Deeſt nonnunquam in Didymo, ut δαμνᾷ. Il. ξ'. v. 199. &c.

Hippocrates Venetiis excuſus 1526. non in fine magis infinitivi quàm ſubjunctivi, atque etiam in dativis nominum deſtituitur punctis: iiſdem orbati & mutili conſpiciuntur alii antiquioribus typis exſcripti: adeo ut non injuriâ liceat colligere, Græcis veteribus ſubnotationem hujus ι raram, quemadmodum Hebræis punctationem vocalium nullam fuiſſe in uſu.

Litem nonnulli haud diſſimilem movent de verbis 4æ. quæ habent penultimam αι, negantes ſubſcribi ι ſub η inde oriundo in perfecto vel Indef. 1°. contra reg. pag. 43. l. 3.

Punctationem perfecti decernunt, Gaza (p. 181. τὸ δὲ παρακείμενον μέσον τρέπειν τὴν αι παραλήγουσαν εἰς ῃ) Laſcaris (pag. 292. τρέπει) τὸ α τῆς αι διφθόγγου εἰς η, καὶ τὸ ι ὑπογράφει.) Diphthongum αι præſentis in impropriam ῃ indefiniti primi mutandam affirmant Scotus, Cruſius, Rhenius, Moquotus, Gretzerus, penè univerſa Grammaticorum ſynodus, & Authorum praxis. Ramus & Sylburgius ſcribunt πέφῃνα, & πέφῃνα: adeóque mirandum eſt in tam claro ſole cæcutiiſſe, alioqui perſpicaciſſimum, Wintertonum.

Quinimò Indefiniti ſubnotationem æquè ac perfecti admittendam ſuadet analogia, cum ſibi tam cognata ſint & perſimilia ἔφῃνα, πέφῃνα: Eámq; ob cauſam non inſcite Wintertonus eodem utitur telo ad punctum in utroque tempore confodiendum. Nam ſi duo hæc tempora referantur ad fontem unde proximè fluunt, penultima illius habet α ſimplicem, ex quâ facta η punctum in neutro ſub ſe reciperet: Sin in utriuſq; formatione recurratur ad thema (quod in perfecto fieri debere modò oſtenſum eſt,) penultima ejus αι in ῃ verſa ſub utroque pariter punctum ἀναλόγως expetit. vide p. 3. Quod rectè admonent Cruſius p. 144. & Gualterus p. 512. adhibendum in Infinitivo *propter rudiores*; quibus conſultum eſſe oportet, hâc quaſi virgulâ indigitante radicem, à quâ multùm diſceſſit. Stephanus per Theſaurum ſubſcriptionem hanc quàm maximè obſervat; ut in his ἔφῃνα, ἐμίῃνα, ἐσήμῃνα, &c. quam retinet per omnes modos in Indefinitis verbi αἴρω; ut ἀπῇρα, ἐξᾷρω, διᾷραι, ἐπᾴρας, ἠρᾴμην, ἀντᾴρασθαι, &c. Paſſor (in Lexico N. T. ad verbum ᾄρω) ut plurimùm dicit reſumi ι in Indefinito primo, quæ in futuro primo abjicitur; *tenendum*, inquiens, *adeſſe*. Quid itaque Wintertonus punctum hoc tam rigidè proſcribit? prolixe diſſerens contra ἐμίῃνα ad verſum 62. Heſiod. Scut. Hercul.) quod non à Stephano tantùm atque aliis, verùm ab ipſis Euſtathio & Didymo (interdum alibi huic puncto minùs faventibus,) ſubnotatur. Quid in partes ſuas trahit congeriem Grammaticorum (ad verſum 80. Heſiod. Ἐργ. l. 1.) hoc tantum arguens, quod nemo ſanus in dubium vocat, formari indefinitum à futuro; ubi intereà παραλογιζόμενος, id, quod probatione eget, tacitus præterit; nempe α vertendum in η, in perfecto vel indefinito, neutiquam reſpicere præſentis diphthongum: Quod ſi affirmare fuiſſet auſus de perfecto (& ſanè indefiniti parem rationem ex ipſius argumentatione ſatis conſtat.) Gaza cum reliquis, quos advocat teſtes, adverſis illum ſuffragiis obruiſſent.

Inveniri autem indefinitum verbi αἴρω, cum ᾳ μονοφθόγγῳ, & quidem frequentiùs, fatetur Stephanus; ipſe interim punctum ſubjungens. Quid enim? Si in unâ voce deliquerit vulgus ſcriptorum, ideóne ſententiam mutaverit vir prudens? & in univerſum? Præterea α non notari dicit, ergo nec η? α Atticum pro η omnes μονοφθόγγως efferunt; ut ἐμίανα. Addit Paſſor ſub α adeſſe & abeſſe ι more Hebraici *dageſch* quod ex literâ *ſchevata* ſæpè ſolet excidere. Quòd ſiquis dixerit in grammaticis raram eſſe mentionem indefiniti ſubſcripti, frequenter perfecti; reſponderi poteſt, cùm ſit una utriuſque ratio, canonem non eſſe iterandum, neque cramben bis ponendam diſcentibus. Verùm nec ſilentio eorum danda omnino erit venia, qui nec ſolùm in indefinitis hujuſmodi, quorum numerus minor intra conjugationis 4æ. tribum unam concluditur, ſed etiam in perſonis verborum omnium, quæ (juxta reg. p. 37. ad finem) exigunt ι ſubſcriptum, vel parum admodùm vel prorſus nihil de puncti hujus adnotatione præcipiunt. Quorum tamen in gratiam, ſi permiſſerint adverſarii, id dicendum cupimus, quòd idem illi rectiùs nobiſcum judicaverint; & in ſubnotandis tam ſynaloœphis, Infinitivis in ᾷν, perfectis mediis, indefinitis primis, quàm perſonis cujuſcunque modi vel temporis, ad generalem normam velut invariabilem cynoſuram confugiendum cenſuerint, punctúmque ab illâ conſtanter dirigendum. Cui per omnia ſi religiosè adhæſerint, non ampliùs typis erudiendi relinquentur elementarii, & ſubleſtâ fide decipientur editionum, in quibus, ut ſummâ curâ & artificio ſplendidiſſimè elaboratis, nunquam non inerunt ſphalmata. In Bibliis enim Plantinianis legimus ἐργᾶ. Gen. 4. 12. ᾤκησεν. Gen. 4. 16. βοᾶ. Gen. 4. 10. ἀγαπᾶ. Proverb. 3. 12. ἀγαπᾶν & ἀγαπᾷν. Marc. 12. v. 33. atq; alia complura de quibus p. 281.

Hujus denique regulæ beneficio continget; ut ſublatis hinc docentium altercationibus, inde diſcentium difficultatibus, quas leviuſculi iſti apices, tanquam vepreculæ creant in viâ, faciliores fuerint progreſſus, & compendioſius iter ad Athenas.

Figuræ

Figuræ Syntaxeos

Tres ſunt: Enallage, Ellipſis, Pleonaſmus.

Enallage

Eſt permutatio quævis dictionum in ſyntaxi.

1°. Numeri, Generis, vel utriuſque: alio nomine dicta Syntheſis vel potiùs Σύνεσις, per quam dictiones ſenſu non voce congruunt; nempe ſubintelligitur ut plurimùm altera vox, quâcum ſit concordantia.

Numeri: Nomen multitudinis ſingulare ſæpe jungitur verbo plurali; necnon adjectivo vel relativo, generis quandoq; diverſi; ut ὁ λεὼς χαίρουσι. Lucian. πᾶσα πόλις κεχηνότες ἀκούουσι. Idem. Ἀνθρώπους τίνυσθον ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Il. γ'. Cum utroq; ſimul numero interdum conſtruitur; ut σωθήσεται γυνὴ ἐὰν μείνωσι. 1 Timoth. 2. 15. ubi γυνὴ pro *ſexu* ponitur.

Similiter partitivo ſingulari reſpondet relativum plurale; ut—ὅστις αὐτὸς ἢ φρονεῖν δοκεῖ ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί. Soph. δευτέραν ἐπιστολὴν, ἐν αἷς &c. 2 Pet. 3. 1. ἐν αἷς refertur ad πρώτην & δευτέραν.

Maſculinum vel fœmininum plurale interdum verbo adjungitur ſingulari; ut ἐξερρύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερά. Ariſtot. uſitatiùs poetis; ut ἠχεῖται ὀμφαί. Pindar. Verbum ἐστι ſic uſurpatur; ut οὐκ ἔστιν οἵτινες ἀπέχουσι. Plato. Et ἦν itidem; ut οὐκ ἦν βοτάναι. Jerem. c. 14. v. 5.

Dualia cum pluralibus cohærent apud poetas; ut καμέτην δέ μοι ἵπποι. Il. δ'. v. 27. νῶϊ δὲ χαζώμεσθα. Il. ε'. v. 34. ὀνόματα ὁμοίω. Ariſtoph. Nebul. κόρακες κρώξαντε. Aratus.

Generis; ut κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Il. β'. v. 743. ὀλοώτατος ὀδμή. Od. δ'. v. 442. γλύφουσι Πανὸς τὤγαλμα τραγοσκελέα. Herodot. l. 2. πλεῖον Σολομῶντος (pro πλείων) Matth. 12. v. 42. τεκνία μου οὓς ὠδίνω. Galat. 4. v. 19.

Numeri & generis; ut τὼ χεῖρε ἃς ὁ θεὸς ἐποίησε. Xen. ——πόσιες δὲ παγχυτικὰ λύματ' ἔχευαν φαρμακόεις, &c. Nicand. in Alexiph. v. 292. & 293. pro φαρμακόεσσαι. πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Matth. 2. 3. (i.e.) πόλις.

2°. Caſûs: Vocatur hæc Antiptoſis, quâ caſus pro caſu ponitur; ut παρακαλῶ ὑμᾶς περιπατῆσαι—ἀνεχόμενοι pro ἀνεχομένους. Epheſ. 4. v. 1. 2. τοῖς Συρακοσίοις κατάπληξις οὐκ ὀλίγη ἐγένετο, ὁρῶνὑπὲρ τὴν τῶν Ἀθηναίων δύναμιν. Thucyd. pro ὁρῶσι. οὐ προσεκτέον ἡμῖν ἐστι τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας ὅτι βλάπτουσι. Dinar. pro εἰδόσι. φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα Ἀστράπτων ἐπιδέξι'. Il. β'. v. 350. & 353. pro ἀστράπτοντα.

Nominativus non rarò uſurpatur pro vocativo præcipuè cum articulo; ut ὁ παῖς ἐγείρου. Luc. 8. v. 54. (vide pag. 129. l. 37) Vocativus poeticè pro nominativo; ut ἐπὶ θρόνον εὐρύοπα Ζεὺς Ἕζετο — Il. θ'. v. 442. ἠχέτα τέττιξ. Heſiod. interdum pro accuſativo, & genitivo; ut εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην. Il. α'. v. 498. ἠχέτα πόντον Orpheus προτέρω πόδες ἱππότα θηρός. Arat. (vide Euſtath. ad verſum 68. Od. γ'.)

Quinetiam caſus verbo tribuuntur alii quàm ſui; ut ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων Ἐλθόντι δοῦναι —— Soph. pro Ἀχίλλεια ὅπλα δοῦναι.

Antecedens, quod eſſet alterius casûs, ponitur ſæpe in caſu ſui relativi; ut οὐκ ἔστιν ἥντινα πώποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχὴν pro ἀρχῇ. ſic περὶ τοῦ τέκνου ἐμοῦ, ὃν ἐγέννησα, Ὀνήσιμον. Philem. v. 10. pro Ὀνησίμου. Regitur aliquando à præpoſitione: ut ἄγοντες, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι. Act. 21. 16. pro Μνάσωνα. quandoque à relativo regitur in diverſo numero: ut οὐκ ἔστιν ἥντινα πόλεων ἐλύπησε. Iſocrat. pro οὐκ ἔστι πόλις ἥντινα ἐλύπησε.

Sunt qui ellipſin potiùs notant in hâc conſtructione: deeſſe tamen id perperam dicitur quod ſine pleonaſmo addi vix poteſt: inſolens enim, ſi non planè inaudita, hæc conſtructio: ἄγοντες Μνάσωνα παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι. οὐκ ἔστι πόλις, ἥντινα πόλεων ἐλύπησε.

Pro genitivo abſolutè poſito uſurpatur accuſativus, &c. (vide p. 159.) Non rarò & genitivus abſolutè ponitur pro alio caſu: ut ταῦτα ποιησάντων τῶν Σπαρτιητέων ἐπαύσαντο τοῦ παραυτίκα. Herodot. l. 7. pro ποιήσαντες Σπαρτιῆται. προσέμιξαν τῷ τείχει τῶν πολεμίων λαθόντες τοὺς φύλακας ἀνὰ τὸ σκοτεινόν, οὐ προσιδόντων αὐτῶν. Thucyd. pro προσιδόντας αὐτούς. —— σὲ δ' ἂν πολυεργὸς ἀροτρεὺς Βουκαῖός τ' ἀλέγοι —— Τοῖα παραφραδέντος, &c. Nicand. Theriac. v. 4. 5. 7. pro παραφραδέντα.

Sæpiſſimè poſt Infinitivum ponitur accuſativus pro alio caſu; ut Ἀβυδηνοῖσι προσετέτακτο φύλακας εἶναι τῶν Ἀθηναίων. Herodot. l. 7. pro φύλαξι. ἐδόκει ἡμῖν ὑπερθεμένους τὴν ναῦν ἀναβιβάσασθαι. Lucian. v. hiſt. l. 2. pro ὑπερθεμένοις.

Interdum verbo duos caſus regenti apponuntur ſimul utrique, neglecta etiam ratione concordantiæ: ut ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο. Il. π'. v. 531. pro εὐξαμένῳ. ἀκούω enim regit genitivum & dativum pag. 147. Interdum nomini: ut τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. 1 Cor. 16. 21. Huc refer κατὰ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε. Act. 17. 2. magis perſpicuè ὁ Παῦλος.

Ad Enallagen caſûs ſpectat ſubmutatio caſuum quæ dicitur Hypallage: ut ἀφαιρῶ σοῦ τοῦτο vel σὲ τούτου, &c. vide p. 159. 160. 161.

3°. Vocis ſeu ſignificationis: Activa quædam ſignificationem paſſivam vel neutram induunt: ἀναλαμβάνω, ἀναφέρω *reficior, revaleſco*, ἀπαλλάττω *liberor*, τελῶ *cenſeor*, μεταβάλλω *mutor*, ἀσκέω *exerceor*, &c. ut ἀναλαμβάνων ἐκ τῆς νόσου. Galen. ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέρων. Plutar. τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων ἀπαλλάττει ῥᾷον. Ariſtot. Probl. εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην. Lucian. μεταβάλλει χειμὼν εἰς εὐδίαν. Menand. ἀσκεῖν ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστάς. Iſocrat. quibus adde κατάπαυσε. Jerem. 6. v. 25. &c. Subauditur in his ferè accuſativus nominis reciproci: ut ἀνέλαβεν ἑαυτόν. Demoſth.

Paſſiva quoque & neutra interdum activam habent ſignificationem: ut σὺ ἀπεστράφης με. Jerem. c. 15. v. 6. βεβούλευται. c. 27. v. 45. κοινωνοὺς πεποίηται. Demoſth. (vide p. 53.) cum pluribus aliis utriuſque ſortis.

4°. Modi: Infinitivus ſæpiſſimè loco imperativi ponitur (vide p. 178.) interdum Subjunctivus; ut τὸ τρίτον μέρος ἡ τετρὰς ἔχῃ. Demoſth. de claſſibus. Item Optativus: ut εἰ μὴ φοβῇ ἀφίκοιο. Æſchin. addito ut plurimum ἂν: ut αὐτὸς ἂν εἰδείης. Lucian. Ganymed. & Jup. Futurum quoque Indicativi perfrequenter: ut — οὐ μὴν δυσμενὴς ἔσῃ φίλοις Παύσῃ τε θυμοῦ —— Euripid. οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, &c. Legitur Imperativus pro futuro Indicativi: ut οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον ὦ γύναι. Euripid. Iphigen. pro ὃ δράσεις.

5°. Temporis: Indefinita temporum omnium habent ſignificationes: ut ὡμοιώθη ἡ βασιλεία. Matth. 17. 23. i. e. ὁμοιοῦται, &c. In Indicativo tamen, ſæpius perfecti: In Imperativo & Infinitivo, præſentis: In Optativo & Subjunctivo, futuri.

Eſt ubi alia omnia tempora pro ſe invicem accipiuntur, præſertim in ſacris Bibliis.

Pro futuro, Præſens in his ubique: ἔδομαι, φάγομαι *edam*, πίομαι *bibam*, νέομαι, βέομαι *ibo*, ἐλῶ *impellam*, &c. vide anomalorum tabellam.

Imperfectum: ut N. ἀλλὰ σῶσαι δεήσει. Π. οὐκ ἐξῆν. Lucian. Nereid. & Neptun.

In vaticiniis, ſæpiuſculè præſens, indefinitum vel præteritum: ut ἐγείρομαι. Mat. 27. 63. παιδίον ἐγεννήθη. Iſ. 9. 5. συγκέκαυται ἡ γῆ, καὶ ἔσται λαὸς ὡς κατακεκαυμένος. Ib. v. 19.

Pro indefinito vel præterito, quandoq; præſens: ut φαίνεται. Mat. 2. 13.

Pro præſenti, contrà præterita: ut ἔοικα, οἶδα. Lucian. (vide p. 53.)

Eſt & alia Enallage dicta Ἀντιμέρεια, quâ ponitur pars una pro parte orationis altera. Adjectivum pro adverbio, p. 125. Adverbium vel

Infinitivus pro nomine, pag. 128. Participium pro adverbio, Subſtantivo &c. pag. 181. &c.

Ellipſis

Eſt defectus unius vel plurium dictionum in contextu:

1°. Nominis: In adjectivis vel articulis fœmininis certa quædam ſubſtantiva ſubintelligenda ſunt, præcipuè casûs obliqui.

Βουλή.	ut μίαν βουλεύσομεν Il. β΄. v. 379. i.e. βουλήν.
Γῆ.	τὴν ξηρὰν Pſalm. 95. 5. i.e. γῆν.
Γυνή.	εἴγε συμβαίη γεραιῷ νέαν ἔχειν Xen. i.e. γυναῖκα.
Γραμμὴ vel γωνία.	πρὸς ὀρθὴν Euclid. i.e. γραμμὴν vel γωνίαν.
Δίκη.	ἀξίαν ἀποτίνειν Lucian. i.e. δίκην: εὐθείας κρίνετε Pſalm. 53.1. i.e. δίκας.
Δορά.	ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος Adag. i.e. δορᾷ.
Ἡλικία.	ἀρετὴν ἐκ νέας ἀσκεῖ Syneſ. ep.68. i.e. ἡλικίας.
Ἡμέρα.	τῇ ἐπιφωσκούσῃ Matth. 28. i.e. ἡμέρᾳ.
Θάλασσα.	ἐφ' ὑγρὴν Od. ά. v.97. i.e. θάλασσαν.
Μερὶς vel μοῖρα.	ἐείζειν περὶ ἴσης Il. λ΄. v.423. i.e. μερίδος vel μοίρας.
Ναυμαχία.	μίαν ναυμαχήσαντες Ariſtoph. i.e. ναυμαχίαν.
Ναῦς.	τριήρης Thucyd. i.e. ναῦς.
Ὁδὸς.	τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι, & ἑτέραν ἐκτρέπονται Lucian. i.e. ὁδόν.
Πληγή.	δαρήσεται πολλάς, ὀλίγας Luc. 12.47,48. i.e. πληγάς.
Πνοή.	οἱ Ἐτησίαι λεγόμενοι & αἱ ἀπογαῖαι γίνονται Ariſtot. i.e. πνοαί.
Τέχνη.	ἡ ῥητορικὴ παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς Ariſtot. Rhetor. 1. i.e. τέχνη.
Φονὴ vel γνώμη.	ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι Luc. 14. 18. i.e. φωνῆς vel γνώμης.
Χώρα.	εἰς ὅλην περίχωρον Matth. 14. 35. κατ' ἰδίαν Matth. 24.3. i.e. χώραν.
Ψῆφος.	τὴν λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις Lucian. Hermog. & τὴν ἀναιροῦσαν ſeu καθαιροῦσαν τιθέναι Dem. i.e. Ψῆφον.
Ὑπόνοια.	διὰ κενῆς Pſalm. i.e. ὑπονοίας.
Ὥρα.	πρωΐας Matth. 21.18. & ὀψίας Matth. 27.57. i.e. ὥρας.
	In quibuſdam nentris ;
Διάστημα.	πύργων ὄντων δι' ὀλίγου Thucyd. lib. 3. i.e. διαστήματος.
Ἱμάτιον.	οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες Matth. 11.8. i.e. ἱμάτια.

Μέρος.	ἄχρι ἡμίσεος ἑψηθὲν Dioſcorid. i.e. μέρους.
Ῥῆμα vel ἔπος.	δι' ὀλίγων ἔγραψα 1 Pet. 5, 12. i.e. ῥημάτων.
Τάγμα vel πλῆθος.	πᾶν τὸ στρατιωτικὸν Herodian. l. 2. τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων Thucyd. l. 2. i.e. τάγμα &c.
Ὕδωρ.	ποτήριον ψυχροῦ Matth. 10. 40. i.e. ὕδατος.
	In paucioribus maſculinis; ut
Πυρετός.	τεταρταίους λύει Dioſcor. l. 2. i.e. πυρετούς.
Ὕπνος.	ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης Lucian. i.e. ὕπνον.
Χρόνος.	ἐκ τοσούτου Plato. ἐκ πολλοῦ Thucyd. l. 5. δι' ὀλίγου Idem. l. 2. i.e. χρόνου.

Ponitur genitivus, omiſſo priore ſubſtantivo; ut εἰς ᾅδου Act. 2. 27. i.e. οἶκον. ἀγαθοῦ δαίμονος ἐγχέαι Athen. i.e. κύλικα. εἴθε μοι τούτου γένοιτο i.e. κτῆσις vel χρῆσις.

Frequenter genitivus nominis proprii uſurpatur, ſubaudito appellativo; ut Δημοσθένης Δημοσθένους i.e. υἱὸς Demoſt. de cor. Μαρία Ἰακώβου i.e. μήτηρ Luc. 24. 10.

Uſitatiſſimè cum articulo nominis intellecti; ut Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου Matth. 4. 21. i.e. υἱόν· ſic τὴν αὐτοῦ φιλέει. Il. ι. v. 342. i.e γυναῖκα. Quandoque participium unà cum nomine ſubintelligitur; ut Μαρία ἡ Ἰακώβου Matth. 27. 56. i.e. μήτηρ δοκοῦσα, ut rectè Theophylact. pag. 372. Subauditur & nomen partitivum; ut τῶν παρόντων μήτε ψέγε, μήτε ἐπαίνει Polyænet. i.e. τινά. τῶν τρισχιλίων κατελέγην Lyſias i.e. εἷς vel τὶς. (ſic ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι Luc 11. 49.)

Quinetiam alia permulta non invenuſtè ſupprimuntur; ut ἐν γαστρὶ ἔχουσα Matth. 1. 18. i.e. βρέφος, &c.

Ellipſis verbi: De verbo ſubſtantivo dictum eſt pag. 124.

Ἔστι (*officium eſt*) quandoque reticetur; ut τὸ πενίαν φέρειν οὐ παντός. Sext. τὸ ἀρετῆς εὖ ποιεῖν Ariſtot.

In epiſtolarum inſcriptionibus ſæpè omittitur verbum εὔχομαι, aut aliud ſimile; ut Ἰσοκράτης τῷ Ἀλεξάνδρῳ χαίρειν Iſocrat. Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος &c. τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ &c. 1 Corinth. 1. 1, 2.

Ellipſis Adverbii: ἕνεκα paſſim, idque eleganter pag. 138. &c.

Ὦ itidem ante vocativum; ut Ἄνδρες Ἀθηναῖοι Demoſth. ſic ἄνδρες ἀδελφοὶ Act. 13. 26.

Φεῦ ante genitivum; ut τῆς ἀναιδείας.

Ellipſis Conjunctionis, Copulativæ defectus vocatur Aſyndeton; ut ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα Plutarch.

Ὡς ante infinitivum; ut ἑνὶ λόγῳ εἰπεῖν Lucian. vide p. 178. l. 10.
Ἵνα ante ſubjunctivum; ut ἄφες ἐκβάλλω τὸ κάρφος Matth. 7. 4. Similiter μὴ: ut εἴσῃ, ὀρχῶμαι μόνον Lucian.

Ellipſis Præpoſitionis: Uſitatiſſimè κατὰ, διὰ, vide pag. 138. 143. 157. &c.

Præpoſitiones ſæpè ſubaudiuntur ante caſus quos regunt: ut ποίου κέκραγας ἀνδρὸς Steph. i.e. περί. πεφύλαξο Παντιίων ἀνέμων Arat. i.e. ἀπό. κουφίσαι ἑαυτὸν τοῦ σκίμποδος Herodian. i.e. ἐπί.

Ellipſis plurium dictionum: Frequens eſt Ellipſis in Adagiis, Apophthegmatis, Dialogis præſertim ſcenicis; ut ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς Plutar. In abruptis itidem locutionibus, quæ vehementiorem animi motum & pathos exprimunt, uſitatiſſima eſt Ellipſis, dicta Apoſiopeſis; ut καὶ σὺ τέκνον, Plutarch.

Pleonaſmus

Eſt exceſſus unius vel plurium dictionum.

Ἄττα poſt certas voces redundat: ut ποῖ' ἄττα, πόλλ' ἄττα, ὀλίγ' ἄττα, τηνίκ' ἄττα.

Αὐτὸς paſſim in N. T. ut καταβάντι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ Matth. 8. 1. Eleganter πᾶς τις, πᾶς ὅσος Lucian.

Infinitivi nonnulli, φάναι, εἰπεῖν, εἶναι, &c. ut ἔφη εἰπεῖν Xenoph. ἑκὼν εἶναι Bud. Additur verbis infinitivus cognatæ ſignificationis; ut βῆ δ' ἰέναι Il. έ. v. 167. Quædam & participia; ut ἔφη λέγων Herodot. l. 5. vide ὢν [p. 164.] Ἔχων & φέρων alicubi; ut παίζεις ἔχων Lucian. φλυαρεῖς ἔχων Plato. ὑπεξέδυεν ἑαυτὸν φέρων Æſchin.

Porrò dictiones cujuſcunque generis in oratione πλεονάζουσι; ut ἐν τῇ καὶ ἐν Μέμφι, &c. Herodot. l. 2. Ἄγριον ἄγριον ἕλκος Bion. Id. 1.

Pleonaſmi ſpecies eſt Periphraſis.

Χρῆμα cum genitivo nominis uſurpatur pro ipſo nomine; ut ἐξαίρετον χρῆμα τοῦ νεανίου *eximius juvenis*, & τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον *quanti labores* Ariſtoph. μέγα χρῆμα συὸς *magnus aper* Herodot. Similiter παῖδες vel υἷες; ut ἰατρῶν παῖδες pro ἰατροί. υἷες Ἀχαιῶν pro Ἀχαιοὶ Il. ά. v. 162.

Apud poetas nomen qualitatis cum genitivo perſonæ ipſam perſonam circumloquitur; ut ἲς Τηλεμάχοιο Od. π'. v. 476. interdum cum adjectivo Proprio; ut βίη Ἡρακληείη Il. λ'. v. 689. item ἲς βίης Ἡρακληείης Heſiod.

Multa verba auxiliaria cum infinitivis vel participiis ponuntur pro verbis finitis; ut ἔοικα γελάσεσθαι pro γελάσομαι Lucian. ἦλθον ἀπολέσθαι pro ἀπώλοντο Diodor. ἦλθον ἀναιρεθῆναι i. e. ἀνῃρέθησαν Plutarch.

Pro verbo paſſivè vel neutraliter ſignificante adhibetur adjectivum ejuſdem, cum verbo ſubſtantivo; ut διάφορος ἐγενόμην pro διέφερον Iſocrat.

Accedit figuris hiſce Syntaxeos figura Diſpoſitionis, Hyperbaton ſive Ἀνακόλουθον.

Ἀνακόλουθον eſt figura, per quam perturbatur ordo vocum in oratione; utpote ſitu non communi & debito diſpoſitarum; ut καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς—καὶ ὄντας ὑμᾶς νεκροὺς συνεζωοποίησε Eph. 2. v. 1. & 5.

Figuræ Proſodiæ

Aliæ ſunt *Dictionis*: aliæ *Carminis*: utriuſque generis uſus præcipuus eſt in poeſi.

Figuræ Dictionis; Synecphoneſis, Diæreſis, Tmeſis, Syſtole, Diaſtole, Cæſura.

Synecphoneſis

Quæ & Synæreſis dicitur, vocalem brevem ante aliam, plerumque longam, in carminis dimenſione collidit; ut Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ — Il. ά. v.374. Θεοῖσιν ἐπιδεξάμενος — Pythagor. v. 49. Καὶ σφέας φωνήσας — Il. δ'. v.284.

Syllabæ breves ita contractæ pro longâ habentur; ut ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν Il. β'. v. 4. (vide Il. π'. v.527.) Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι Heſiod. Ἐργ. l.1.v.149. Pro brevi rariùs; ut Ὄρσεο πέπον — Il έ. v.109.

Interdum longa ante brevem colliditur; ut Ῥεῖα μὲν γὰρ φεύγεσκεν— Il. ρ'. v.461. ſic Heſiod. Ἐργ. v. 5. Longa etiam ante longam, & in diverſis dictionibus; ut Ἦ εἰσόκεν ἀμφὶ πύλῃσι — Il. έ. v. 466. ſæpiſſime ἢ ante οὐ; ut Ἦ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας — Il. έ. v.349. Ἦ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησε — Il. ί. v. 533. Ἦ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγὼν — Theocrit. Id. 5. v. 116.

Diæreſis

Diphthongum diſtrahit in ſuas vocales, aut longam in ſuas breves diſſolvit; ut Ἕκτωρ δὲ Πριάμοιο πάϊς — Il. γ'. v.314. ᾗδον ἐλύσαο— Il. ώ. v. 685.

Tmeſis

Membra vocis compoſitæ diſterminat, interventu unius vel plurium dictionum; ut — κατὰ γαῖα κάλυψε Il. ξ'. v. 114.

Syſtole

Syllabam longam corripit; ut — λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι Od. λ'. v. 303.

303.——ἀλλὰ βούλεσθε. Od. π'. v. 387. ——δέκα δῶρα δώσω καὶ εἴκοσι Epigram. l. 7.

Breviatur interdum αι finalis ante conſonam; ut εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Il. ι. v. 414.

Item vocalis ante σ & alteram conſonam; ut Ὤκυμον, ἡδύοσμον. ——Ammian. ep. 17. αι terminatio pluralis 1æ. & 2æ. ſimplicium; ut ——μετὰ τροπὰς ἠελίοιο. Heſiod.

Diaſtole ſive Ectaſis

Brevem producit; ut Διὰ μὲν ἂρ ζωστῆρος——Il. δ'. v. 135. Ἐς λίμνην αὐτοὺς σὺν ἔντεσι——Hom. Batrachom. v. 156. Ἄστα σὺ μὴ δείδιθι——Nicand. Alexiph. v. 443.

Frequentiùs extenditur brevis: 1°. ante liquidam; ut——μέλος ἀείδω. Hom. hymn. in Mercur. v. 499. Πολλὰ λισσομένη——Il. ε. v. 358. 2°. ante aſpiratam; ut——ἴδον αἰόλον ὄφιν. Il. μ'. v. 208. plerumque vocalem aſpiratam; ut Τοῖον οἱ πῦρ δαῖεν——Il. ε. v. 7. Ἣ δ' ἀνδρὶ ἰκέλη——Il. δ'. v. 86.

Non raró voces monoſyllabæ præſertim ante liquidam extenduntur; ut——διὰ δὲ μέγα τεῖχος ἄραξα. Heſiod. Scut. Hercul. v. 364.

Cæſura

Extendit ſyllabam brevem in fine dictionis & initio pedis; ut Οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες——Il. ξ'. v. 421. Στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν——Il. γ'. v. 83. ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. Il. α'. v. 45.

Plures ſimul figuræ interdum congeruntur; ut——οὔ με μάλα ῥεῖα Νικήσει——Il. υ. v. 102. Cæſura & Synecphoneſis, &c.

Figuras has omnes comprehendit & ſupergreditur Licentia Poetica.

Nullis enim legibus conſtricti poetæ, longas corripiunt, breves producunt, ancipites in eâdem dictione, in eodem verſu & producunt & corripiunt: Et, ſive metri cogantur neceſſitate; ſive numerorum varietati, elegantiæ, ſymphoniæ ſtudeant; ſive etiam furori ſuo & αὐθαδίᾳ obſequuntur; cunctis ſuperiorem regulis ſibi vendicant licentiam: cujus exempla permulta in poematis abundant: paucula hic indigitantur.——τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Theocrit. Id. 6. v. 19. Ἐπειδὴ νῆές τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. Il. ψ'. v. 2.——ἦ γὰρ ὅγ' ὀλοιῇσι φρεσὶ θύει. Il. α. v. 342. Οὐράνιον περικάλυμμα βάλλεις——Orph. Hymn. 18. v. 17. Εἰς ἔργον ὀτρύνουσα θεῆς——Quint. Smyrn. lib. ιβ'. v. 109. Τιμὰς τευξαμένη παρ' αὐτῆς.——Orph. hymn. in Semelen. v. 6. Βαπτίζεται δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου. Steph. Paral. p. 58. ex Epigram. Φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα, φέρβε στάχυν, οἶτε θερισμόν. Callimach. hymno in Cererem. v. 136.

Cæterùm monendi ſunt lectores, ne errata editionum pro licentiâ deputent poeticâ: ubi enim alii codices habent——αὐτοῦ δ' ἐλάειν

——Il. α. v. 4. ——rectius legendum ſuggerit Step.—— αὐτοὺς δὴ ἑλώρια, ſic —— ἢ δ' ἄνακτα —— Il. ζ' v. 176. Froben.—— ἢ δὴ ἄνακτα. Steph.

! Plura in hanc rem diſſerit Stephanus in Scholiis ad carmen Heſiodi 268. Νῦν δὴ ἐγὼ —— p. 29. & in Paralip. p. 90.

Figuræ carminis: Ἀντιποδία, Brachycatalexis, Hypercatalexis, ſive Hypermetrum, Dialyſis.

Ἀντιποδία

Eſt quâ pes pro pede ponitur; idque multifariàm.

1°. Spondæus in quinto loco hexametri conſtituitur; ut Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Il. γ'. v. 179. cujuſmodi verſus ſpondaicus vocatur.

2°. Anapæſtus, initio plerumque hexametri; ut Βορέης καὶ Ζέφυρος τώ τε Θρήκηθεν ἄητον. Il. ι. v. 5.

3°. Iambus in hexametro; ut Ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα —— Il. α. v. 70.

4°. Amphibrachius; ut Ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα —— Il. α'. v. 193.

5°. Pes proceleuſmaticus, ſive τετράβραχυς; ut τρέσε δ' Ἀΐδης ἐνέροισι. Heſiod. Theogn. v. 850.

Brachycatalexis ſive Acatalexis

Eſt, quâ ſyllaba vel pes finalis deſideratur; ut ἐν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον Pindar. Ζεῦ τεαὶ γὰρ ὧραι. Idem.

Hypercatalexis ſive Hypermetrum

Eſt, quâ ſyllaba præter juſtam metri diſpoſitionem ſuperabundat: ut Ἄνθεσι πορφυρέοισι λύκοισιν ἀναστομίοιο χαλινοῦ. Tryphidior. v. 95. niſi quis hic malit duplicem fingere ſynecphoneſin, & ſyllabas colliſas breviare.

Dialyſis

Eſt, quâ dictio in fine poſita ita diſtrahitur, ut una pars in præcedente ſit verſu, altera in principio ſequentis; ut Πυκνὰ δινεῦντες ἀπ' ὠρανῶ αἰθέ——
——ρος διὰ μέσσω. Sapph. ode. 1.

UNIVERSITY
LIBRARY
CAMBRIDGE